

Vegius, Mapheus

Francisci Philelphi poete laureati & oratoris clarissimi de educatione  
liberorum, clarisq[ue] eorum moribus opus saluberrimum in quo omnis bene  
beateq[ue] uiuendi disciplina, omne bene dicendi genus ac diuinæ  
philosophorum theologorumq[ue] sententiae comperiuntur

Tubingae 1513

Res/4 L.eleg.m. 130#Beibd.4  
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00008062-7  
VD16 V 477

## Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

4

Francisci Philelphi poete laure  
ati & oratoris clarissimi de educatione libero  
rum, clarisq; eorum moribus opus saluberri  
mum, in quo omnis bene beateq; uiuendi  
disciplina, omne bene dicendi genus ac  
diuinæ philosophorum theologo  
rumq; sententiæ com  
periuntur.

### N. BONA SPES

Hunc in memori trutinate breuem sub mente libellum  
Si iuuenum mores uultis habere probos.

Nonius a nūnq; sp; nonius, nā, w. i. nouīz q; uīz qūz i. nūn  
p. a. q;

ANTONIO EGIDIO NV CERIENSI BONO MEDIO  
CRISQVE LITERATVRÆ COLONO AC EIUS  
conthorali Annæ curiali Nicolai Bonæspei

Trecensis carmen tumultuarium  
Munera multi iugis preciosa det alter amicis.  
Misatis est gracilem posse dicare librum.  
Ibit inextinctum quo nomen in ora uirorum  
Quo duce post obitum fama superstes erit  
Ergo salutiferum hoc tibi frater amande uolumen  
Ac tibi pro pueris do soror Anna tuis  
Iam quibus altipotens concessit pignora septem,  
Pignora doctrinis instituenda sacris  
Post uarios igitur rediens uir rure labores  
Mens erit hæc mores scire docere bonos  
Fac nitida geminos referant probitate parentes  
Funditus eximum nosse iuuabit opus  
Edocet omnigenam nitidissima dogmata pubem.  
Continet innumeras iste libellus opes  
Hoc teneros semper (ueluti facis) imbue fœtus.  
Ut samio dextrum uate sequantur iter  
Qui seruire deo uirides incepit in annos  
Deseret haud ceptas cana senecta uias  
Fœlices, mundi, tandem super astra quiescent  
Auferet iniustos mors inopina reos.

# PROOEMIVM

## QVID NAM AVCTOR SCRI

PTVRVS SIT

S

I tantum nobis ingenii esset ut quod in præsentia aggredimur,  
recte consummateqp perficere possemus, cōsuleret procul dubio  
non parum publice utilitati suscepta noui huius operis lucubra  
tio. Scripturi em sumus quō parentes filios educare, quo & filii  
modo uitā agere suam debeant, quē res quod non solum utilis sed & pernecessa  
ria cognitu sit neminem putamus qui sane sapiat ignorare, neminemqp pro  
inde fore speramus quod non libēter scriptiunculā nostram (qualiscūqp fuerit)  
legat, legensqp & si nō sermonis at rei certe de qua sermo habēdus est digni  
tatem commendet. Quid em amore filiorum maius? quid dulcius? quid est  
uel impensae uel laboris uel periculi quod causa filiorum non ultro suscipiat  
parētes? ut quods incense amant uideant etiā aliquā inter caeteros mortales & di  
uīis & gloria & uirtute præstantes haberí, ad quod nulla certe commo  
diore aut aptiore uia perueniri potest, quod sobria & sancta prima eorum insti  
tutione, quā qui recte susceperint, euadūt nimirum postea & fama celebres  
& rerum gubernatione magni atqp excellentes uiri. Necqp uero ignoramus  
aggredi nos materiam ab aliis iam retro auctoribus eleganter grauitate co  
pioseqp perscriptā, quibus cū & doctrina & ingenio & dicendi facultate lon  
ge impares sumus, maiore forte quod par sit confidentia tum oneris assumpsiſſe  
iudicabimur. Quod si instituti nostri ratio qua ad hoc edisserenda mori sumus  
recte perspecta sit, non modo non arguet nos quisquam, sed & prosuscepto  
insuper præsentī labore etiā plurimum commendabit. Nam ut id aperia  
mus, quum a gentilibus ac maxime poeticis studiis (quibus per omnē adu  
lescentiam ardentissime uacauerā) conuertissem aliquando animum ad le  
gendos sacros codices, delectatus sum adeo eorum lectione ut (quod mini  
me antea speraueram) offenderem tum eloquētiae ne de doctrina aliquid di  
cam quanitu me ad noua studia intuitare ac uehementissime inflammare co  
pit. Quūqp sum in opere omnes diuinę sapientiæ scriptores legerem, legens  
admirarer admiransqp maxime delectarer, unius tun ante ceteros Augustini  
adeo me ardor corripuit, ut quem non secus ac miraculū mundo natum fu  
isse arbitrarer, illum iam nō solum legerem sed & colerem etiam sed implo  
rarem sed inuocarem. Tanta quippe legenti eum occurrit doctrinarū oīm  
eruditio, tuta eloquii ubertas, tanta ingenii uis & altitudo, quanta satis oīm  
iudicio per uulgata prædicatur, tam cumulata est præterea eorum quæ lite  
ris mandauit infinitaqp supellec, ut mirum sit illum quod uix nemo librario  
rum excriberet dictare potuisse. Tam callidus est disputator, tam doctus di  
cendi artifex, ut quo uelit quorūcunqp animos ducat, unde nolint & facile  
pro arbitrio deducat. Tam splendescens saepe eius consurgit oratio tanqp  
sui quasi negligens saepius etiā se deprimit. atqp ut res queqp expostulat tam  
sublimiter pressé temperate oīa exequitur, ut famulam certe & ad nutū sibi  
seruientē eloquentiam uendicasse uideat. Taceo moderationē eius qua tāqp

## PROOEMIVM

purissimo quodam sale condita sapidissimum omnibus scripta sua gustum  
subministrant, qua & in acerbissimos fidei hostes ita utitur, ut prius se acu-  
tissimo rationum eius mucrone confosso sentiant q̄ lacessitos. Prætero fla-  
grantem dictionem, quanta illi uis excitandi affectus perstringendic; ani-  
mos, quos bene uiuēdi stimulos in animis legentiū, quas diuinā amoris pr̄-  
dulces flamas relinquat, quo plane satis intelligere licet, q̄ fuerit mens eius  
deo plena q̄ longe ardens alteq; sublata, q̄ terrenorū nulla, quasi diuinorum  
omnis omnino cor illius cura possederit, qui qualis animo fuerit, talem se li-  
teris q̄ per picturam effingens nō alias ac secum ipse uersabat cogitationes,  
non alia desyderia scriptis suis consecrauit. Sunt em̄ scripta imago quedam  
& effigies animorum, & quales in cordibus recōditi latent, tales etiam scri-  
bendo ut aperiāntur affectus necesse est. Captus non ab re igitur tanto Au-  
gustini amore cum legens eum percurrerē s̄epius atq; attentius perueni ad  
libros quos non eloquentia quidem multū elaboratos sed dulces plane ac  
gustui omniū aptos planioreq; proinde ac humiliore oratione contextos cō-  
fessionum inscripsit, illi me quid eloquar qua sua uitate libri perfuderūt, quo  
ardore incenderunt, quantū excitauerunt, quantum iacentē etiam altius  
erexerunt, quanta ibi se mihi aperuit ueritatis lux, quātus splendor, quos  
in eis legi aculeos amoris, iacula pietatis, flamas deuotionis, q̄ ingens ui-  
sa est mihi atq; omnium uirtutū laude longe prædita Augustini mater, q̄  
supra omnes quas unq̄ legerim mulieres & excellens & admirabilis, q̄ sin-  
gularis q̄ incredibilis eius sanctitas, q̄ omni ex parte solida atq; integras de-  
lectabat me tam pius in filium (cuitantopere iam affectus esse coeperā) tāq;  
ppensus eius amor & studiū tam uehemēs cura p̄stringebat animū, tātaq;  
filii causa eā torquebat anxietas, angebar eius timore, dolore cruciabar cha-  
ritate inflāmabar spe cōsolabar, cōsolatione recreabar, fateor matern⁹ me  
amor ille nouo etiam amore sauciatus, affecterunt me uellemētissime affect⁹  
illi, lachrymæ illæ lachrimas etiam uberrimas excusserunt, ita me ergo eorū  
librorum lectio excitauit, ita mihi aperuit sanctitatē eius matris quæ in id  
usq; temporis (nisi quantum uulgo aliquā acceperam) me latuerat. At uero  
cum uolumina ipsa s̄epius euoluerē, repeteremq; animo historiæ illius mo-  
numētum, quo ne aliud quiddam ullum occurrebat legisse maius aut miri  
sificentius, ccepi cogitare uersareq; amplius mecum uirilem nō modo fœminę  
eximiamq; uirtutē, sed unde insuper quo ue ductu ad tantam uirtutis ma-  
gnitudinem excellentiāq; peruenisset, illudq; manifestissimum omnibus cō-  
stare potest nihil ei ad illam quā consecuta est uitæ sanctitatem tñ adiūmēti  
præstissem, quantum sobriam castamq; sub prima ætate eius educationem,  
quam quisquis attentius intueri uoluerit, cognoscet eius exemplo nihil hu-  
manæ uitæ dignius cōsultiusq; prouisum uideri, quā quisquis imitari studu-  
erit, & recte in primis sapienterq; uitam ager suam, & sancte demū instituti-  
onis perpetuo lætabitur, nam filios habebit & sibi audientes, & patriæ cha-  
ros, & deo placētes, honore quoq; & opibus magnos semper atq; p̄stantes.

# LIBER PRIMVS

Huius igit tam singulari & sancto bene educat<sup>e</sup> fœminæ exemplo excitati  
præsens negocium suscepimus, ut qui id percurrentes non aspernarentur, ma-  
nifestius etiā cognoscerent emendatissimam eius & quā non satis admirar-  
i possumus correctissimā educationem, cognoscentesq; non tam eximiam  
illius sanctitatem q; sanctitatis etiam originē uenerarent & maxi<sup>m</sup>i facerēt,  
quā proponimus omnibus paſſim & tanq; lucidissimū qddam bene recteque  
uiuēdi ſpeculū ante cūctorū oculos pfigimus, quo q; introſpexerint cōtem-  
platique fuerint, q; ſuel a parētib; ſuis mater uel a matre fili; mores ſalubresque  
inſtitutiones ſuicēperint, diſcent utriusq; imitatione cautiū & ſuæ & filio-  
rū pariter uitæ consulere. Nos (ut iam quo tēdit oratio noſtra properemus)  
enitemur ostēdere omnem bene educandorū filiorum rationē, ostendentes  
eam rite ut ſperamus conuenientiſſimiſ ſubinde etiam ſanctiſſimiſ q; tam pa-  
rentis Monicę q; filii Auguſtini exemplis ſingula quibus ea idonee applica-  
ri poterunt confirmare ſtudebimus, ut qui exhortationes & monita noſtra  
legentes non respuerint, ſacrū etiam & diuinum aliquid eis admixtū perci-  
piētes oblectentur. Inuitamus omnes itaq; parentes ſimul et filios grandio-  
res natu ſimul & aduelfcentiores, atq; ad hæc que ipſorum cauſa expofituri  
ſumus legenda magnopere conuocamus, non erit iniucundus eis labor no-  
ſter, proderit etiam fortalle non parum, legant hæc attente obſecramus, le-  
gentesq; relegendant, quūq; horum lectionē ſibi profuiffē intellexerint Augu-  
ſtini etiam ſanctiſſimæ eius matris Monicæ noīa colere ſempiterniſq; proſe  
qui atq; efferre laudib; meminerint, quorum ope & patrocinio longe ma-  
gis q; præceptis noſtri ſi & filii egregios mores & parentes filiorum egregie  
moratorum dulcem fructum conſequentur.

## OSTENDIT PARENTIBVS NECESSARIVM ESSE AD liberorum inſtitutionem eos modestam ſanctamq; uitam agere. Caput primum.

Ncipientes itaq; qd̄ polliciti ſumus de educatione liberorum clarisq;  
eorum morib; dicere, recte in primis atq; ordine facturi uidemur ſi  
parentes premonuerimus ut ipſi primo ita ſobrie ac ſancte uiuant, ne  
uita eorum filiis quibus morum ac doctrinarū ingenua monumenta tradi-  
tur ſunt malo exemplo uita eorū cedat, nam quod in reliqua omni actione  
fit, nemo in inſtitutione filiorum recipiendū etiam negabit, Qui em̄ ſub uete  
ranis agricolis affluescunt nouicū agros colere magis certe proficiēt, cum vi  
debunt in aruis eos uel arantes, uel fodientes q; domi audient docentes, colē  
dicq; agri monita ulla atq; præcepta tradentes. Et qui nauigandi arte diſcūt  
magis etiam exemplis marinorū diſcriminū atq; eorum quae remigando fi-  
eri apſcient, q; gubernatorū documentis eius peritiam aſſequent. Qui uero  
militant tyrones ducum quoq; & imperatorum facta fortia præclareq; res-  
geſtas intuentes longe magis q; pcepta militiæ audientes bellicæ artis instru-  
ctiores euadent, qd̄ docet Virgilianus ille Euander dum Aeneæ filium com-

# LIBER

mendans ait, Pallanta adiungam sub te tolerare magistro, Militia & graue  
martis opus tua cernere facta assuescat primis & te miretur ab annis. Neq;  
em ideo comitem illi adiungit, ut dicta eius audiret magis q̄ facta inspecta-  
rei. Deniq; & ea reliquarū omniū artium magistris nemo erit qui nō exem-  
plo præsentiq; imitatione magis q̄ doctrina ulla atq; admonitione adiuuet  
Certior quippe est oculorum q̄ aurum fides, efficacior quoq; quę exemplis  
percipitur institutio q̄ præceptis, uidimus multos eorū quibus cura deman-  
data est publicis acclamationibus populos ad uirtutē exhortari, a uitiisq; de-  
terrere, summā & sui admirationē & documentorū suorū profectum rudi-  
popello attulisse, nō q̄ multū eruditī eius qd profiterent, sed q̄ singuli qua-  
dam sanctitate prediti uel essent uel haberent, atq; ea quę facienda aliis pro-  
ponerent, prius ipsi facere putarent. Nam ut ad Demonicū scribens Isocra-  
tes maxime is probus ab omnibus iudicabitur qui uideat ea non facere quę  
aliis facientibus ipse increparet, Itaq; christianā auctam fidē nemo ambigit,  
quam miraculorū ac sanctissimæ uitæ eorum testimonio qui a primo p̄ce-  
ptore nostro Iesu ad eam disseminandam missi sunt magis q̄ eloquentia aut  
eruditione ulla tāta fundamenta iecisse manifestū est, ita & magistrū quem  
nūc diximus nostrum cum publice populos erudiret, facere prius q̄ docere  
cœpisse diuina monumenta testantur. Eximia certe & omnibus literis cele-  
brāda fuit uirtus Eleazari senis illius quem sacer refert historicus, quū ab im-  
pio Antiocho contra legem suam compelleref esse porcinam carnem, sua-  
deref q̄ ei ab astantibus ministris, ut secreto secederet, simularetq; se uesci, li-  
berationem ea simulatione consecuturus, recusasse id seuerissimo proposi-  
to ac constantissima uoce ita dixisse. Non em̄ ætati nostræ ita dignū est fini-  
gere, ut multi adolescentiū arbitrantes Eleazarū nonaginta annorū ad uitā  
alienigenarū, & ipsi propter meā simulationē propter modicum corrupti-  
bilis uitæ tempus decipiant, & per hoc maculam atq; execrationē meę sene-  
ctuti conqueram, quamobrē fortiter excedendo senectute quidē dignus ap-  
parebo, adolescentibus aut̄ exemplū forte relinquā, si prompto animo ac for-  
titer pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar, atq;  
hęc post uerba ad suppliciū tractus mori maluit, ne uiuēs malo exemplo iu-  
uenibus cederet, quibus non tñ q̄ uniuersæ & genti memoriam mortis suę ex-  
emplumq; uirtutis et fortitudinis reliquit, Prudentissime uero Paulus dum  
Titū instruit q̄ docere mō debeat senes iuuenes, anus adolescentulas pro sua  
quenq; etate & cōditione, post omnem doctrinā subdit, in omnibus te ipsū  
præbe exemplum honorū operū in doctrina in integritate in grauitate, Mo-  
nens Ambrosius sacerdotes ut uitam seriam grauem sobriam quā populus  
imitaret obseruarent, quid em̄ (inquit) in te miretur, si sua in te recognoscet  
si nihil in te appetiat qd ultra se inueniat, si quę in se erubescit, in te quē reue-  
rendum arbitrat offendat, si quippe natura ipsa comparatū esse dicit Ioan-  
nes Chrysostomus ut regentiū mores uulgis imitetur, & quasi in imagine  
ita in uita præsidentiū intendens studeat illorum q̄ potest fieri similimū, q̄rū

## PRIMVS.

quo uita· integrior fuerit, eo maior etiam omniū quæ uel probabunt uel da-  
mnabunt auctoritas habebit, adiūciētq; dictis eorum mores grauiorē fidem.  
Nam contra ubi non consentiret uerbis uita, non solum lucri nihil (ut idem  
ait) sed & damni plurimū afferret, grauisq; esset condemnatio componenti  
quidem sermonē suum, uitam uero atq; operam negligentis. Legimus Dio-  
genē cynicū (utili lingua acer & mordax erat) ita increpare solitū esse orato-  
res, q; studerent iusta dicere non aut facere, philosophos quoq; q; quū pecu-  
niam uituperarent, summe tñ & diligenter & coaceruarent. Quos proinde  
etiā Cato mera mortua glossaria Hieronymus aut animal gloria appella-  
runt, Grauissime item Calanus indorum philosophus Alexandro scribens  
nec similes (inquit) sumus gracie philosophorū, qui uerba pro rebus medi-  
tatisūt, ad opinionis celebritatem nobis res sociæ uerbis & uerba rebus res-  
celeres & sermones breues, illud quoq; non tamelegans q; uerissimū est q; a  
Paccuuius poeta dictū fuit eo uersu quē macedo quidā uir bonus fertur scri-  
bendū censuisse pro foribus omniū templorum. Ego odi homines ignauos  
opera, & philosophos sententia, quem & nos pro summa dignitate sentētiæ  
non modopro foribus omniū templorū, sed & adamantinis insuper literis  
scribi debere censemus. Quę res em ulla indignior esse potest q; quosdam q;s  
spelūcas omniū turpissimorum uitiorū nouimus, & habitu incedere ea uer-  
borū grauitate uti, ita laudare virtutē (q; nihil est eis alienum magis) ita ac-  
cuse, quibus ad oculos usq; scalent scelera, ut ueteris quasi academiæ prin-  
cipes aut nouę cuiusdā magis renouatores appareant. Verissime nimis  
Cicero ait, totius iniusticię nullam capitaliore q; eorum qui tum cum maxi-  
me fallunt id agunt ut uiri boni esse uideant, Quā sancte dicere solebat Socrati-  
ces, recta eos & expedita ad gloriam uia peruenire, qui id agerent ut quales  
uideri uellent tales etiam essent, monens aperte ea sententia ut virtuti quisq;  
potius q; umbræ eius inniteretur, q; sanctius uero faciebat Cato qui Socratis  
præceptū opere etiam supergrediens malebat ut Crispus ait bonus esse q; ui-  
deri, Quare nō immerito parentes summopere eniti debent, ut se uirtutis  
omni ḡne componant atq; exornent filiorū saltem causa, quicū omnia quæ  
oculis excipiunt simiarū in star imitentur, ita quæcunq; a parentibus (maxi-  
me quorum præsentior est conuersatio) fieri uiderint, ad unguem etiam fa-  
cere assuefiant, assuefactiq; demū (tanta est uis consuetudinis) perpetuo ita  
uti primo imbuti fuerint quasi secretiore quadam uia naturæ cogente perse-  
uerant, Quā recte apud Senecā adulescens luxuriosus cōtra senem patrem  
luxuria infantem declamans, turpisq; uitę eius exemplo se corruptū affir-  
mans inquit, Quis imperator ob hoc ipse de prelio fugit, ut bene exercitus  
non coeret uitia qui prouocat, meam quoq; luxuriā patri imputabo, non  
sub seuera fui disciplina, non sub bene institutę domus lege, quę posset adule-  
scētis formare mores, & a uitiis ætatis abducere, quodam modo ad luxuriā  
a patre præmissus sum, madent ungento cani, & cōmessator senex nulli ni-  
mis luxuriosus sed parum sanus uideatur. Non est ergo cōtēnenda paren-

# LIBER

tibus bene uiuendi cura, quo præsertim eorum auctoritatem reformidates filii quæ meliora sunt ultro amplectantur, quæ uero deterioradeuitent. Nā si P. Scipionem & Q. Fabium accepimus (id qd prestantissimo etiā cuiq; cōtingit) dum magnorū uirorum imaginibus inspiciēdis animū Intenderet qd maxime ad uirtutē excitari inflamaricq; solitos esse. Si & Iulius cēsar inspecta Alexandri imagine plurimū & ipse magnarum rerum gloria incensus est, qd esse poterit efficacius exemplū qd uiua spirāscq; uox, simul & facies parentum, Si præterea a summis philosophis admonemur proponere nobis bonū quēpiam uirum quo tanq; præfente & spectante omnia & loqui et agere nisi modeste & sancte uereamur, quos proponere sibi idoneos magis filii qd parentes possunt: qui & amore propensiōres & cura diligentiores, & reuerentia digniores, & præsentia non modo animo cōposita, sed & oculis assidue etiam expressa frequentiores certiorescū habebunt. Ferunt Cratē illum antiquum solitum dicere exclamaturū se magna uoce si licuisset ab ultima urbis parte, accusaturūq; hominū stoliditatem, qui quū cogendarū pecuniarum tanto ardore raperentur, filiis tñ quibus eas relīcturi essent erudiēdis uel minimā uel nullam curam impenderent. Ego uero si id utiq; putare licere uel ab excelsō (ut ille) quopiam loco uel per publica & passim loca uociferans atq; exclamans increparem tantā parentū insaniam magis qd stoliditatem, non qd (ut Crates aiebat) erudiendorum filiorū minimā haberent curam quā plærīq; magnam se habere decepti lōge sua opinione arbitranſ, sed qd cū nemo sit qd nō filios p̄claris morib⁹ et disciplinis ornatos esse cupiat, multi & ut his ornatis sint multum adhibeant operē ac diligentiae, contra tñ ipsi ignavi cupidi obſcœni flagitorumq; omni turpitudine inquinati sune & qui filios militare maxime optant, uirtutem contra et tanq; hostes atrocissimi uel induito ſæpius publice bello persequūtur, qui & consciī suorum ſcelerum haud audent filios eorum quæ in ſe recognoscunt libere increpare, & ſi audeant manifeſte ſe ipſos ſub illorum quos arguunt nomine uidentur ac culſare, Dicant oro ſapientiſſimi patres putant ne ſomno & uentri ſcortis & aleq; dies nocteſcū indulgere, cumulādiſ opibus per furtā & rapinas per fraudes ac dolos toto anxios ore inhiare, filios uero q̄rū ante ora ea faciunt uigilantes demum sobrios pudicos ſui largos, alieni haud cupidos ac omni a criminis labe puros ſe conſeruare: quanta humanarū mentium cecitas: quāta caligo ueris: num ignorant qd procliuiores natura omnes ad delinquendum ſimus: non pueri mēdo ſed barbati & ſenes longaç; etate confeſti, quā blan diantur, quā pruriunt, quā nolentes etiā nos trahant uitia atq; p̄cipitent, quā demulceant, quā deliniant ac instar p̄ſcium inefſent nos mala noſtra, qd graui dominio imperioſaç; auctoritate nos premant, ac quo uelint impellāt, de liciis ac illecebris ultro capimur, uoluptatis plana ac patēs eſt uia, uirtutis cōtra asperum atq; horrens iter. Quare apte fingunt poetæ Herculi ab ineūte aduolcentia cum in ſolitudinē exiſſet, dubitansq; diu cogitaret quā uiuēdi uiam ingrederetur, aſtitifſe duas matronas uirtutem ſciliſet & uoluptatem

## PRIMVS

comptam hanc nitide, latoq; ac hilari uultu, at subtristem illam & folido  
habitu, quūq; diuersa illuc ambo ut ad se eum quæq; traheret pollicerentur,  
hæc iocos & delicias omnēq; honorū affluentiam. illa famem sitim ęstus &  
frigora & quicquid triste durum horridūq; excogitari posset, sed horū pre  
mium deum tandem eum futurum, altiore ipsum salubrioreq; usum con  
silio, uirtutis uiam licet duriorem asperiorēq; secutum fuisse. Quæ cum rara  
sint & per paucis concessa, at præclara certe & præclarí cuiusq; ingenii imi  
tatione longe digna. Ita uero parētes Herculis uestigia imitaturos sperabūt  
filios suos, ut cum deliciis luxuq; omni ipsi affluant, uitam tñ illi eorum in  
tuētes frugaliter uiuere atq; laboribus ultro se malint obiicere, ita putabūt  
blandas ad quas tam inclinati omnes tanquā ad mel muscę ducūtur quasq;  
tam audi ipsi sequuntur uoluptates horrori illis fore, ita ipsi exquisitorib;  
se epulis saginabunt, incalcentq; mero, ut canino demum illi qd Ennius  
at prandio contenti sint, ita aleæ uacantes pernoctabūt, ut templa illi deum  
ueneratur frequentent, ita ipsos obsceni sermones obscenioraq; facta dele  
ctabunt, ut nihil illi uel loquētur uel agent qd non ex pudicicię fonte haustū  
esse uideatur, ita alienū æs rapient, egentes oppriment, optimū quenq; iniu  
ria affident, ut quā male ipsi docuerint laudent in eis omnes innocētiā, &  
admirentur. Atq; ut matres præcipue alloquamur (qñquidem is sexus ma  
iori subiacet periculo) eas uanum inane fragile, ita facies ipse fucabunt ita  
saltationibus proteruięq; omni indulgebunt, ita cætera quæ honestius præ  
terimus ante filiarum ora efficient, ut illæ postea nihil nisi deum colere, ieju  
niisq; tñ & labōri bonisq; artibus intendere, virros aut nunq; aut tanq; mō  
stra cernere assuecant, expurgiscant aliquando, expurgiscant ne despiciant  
exhortationes nostras. Multos certe filiorū nouimus dissimiles patrum mo  
ribus euasisse, siue id ui naturæ contigerit siue præceptorum doctrinis, siue  
(qd frequenter fit) uel æqualium uel maiorū etiam conuersatione, at filiarū  
nullam unq; matrum moribus non persimilem, ita ad unguem earū mores  
ita uerba atq; actiones imitan̄, tanta est earum inuicem conuenientia, tāta  
similitudo ut ne muscarū quidem maior. Quare qui uxorem ducere uolūt  
ut illud in primis attendent monemus, ne scilicet filiam matre orbatam nisi  
honestissima in familia atq; honestissimis a nutricib; educata sit ullo modo  
accipiat, aut si mater ei est, curent caute maternę & famæ & uitæ certiores  
fieri, quæ si ad uotum respondeant, ducāt age tam probę probatæq; matris  
filiam, pro qua non dubitamus nos ultro spondere tali eos semper coniugio  
lætatueros esse, neq; em fieri potest si matrem uideat religionis religiosorūq;  
hominū cultricem, egentiū subministratricem, miserorū adiutricē, dei timē  
tem, nihil qd non pium castum sanctūq; sit agentem, quin filia it idem imi  
tando facere studeat, studensq; se his assuefaciat, assuefactaq; demū tam fo  
lias earum quæ per imitationē efficit radices iaciāt, quæ non dicam euelli  
sed neq; propulsari ab ea unq; possint. Laudans uxorē suā Plinius scribit ad  
His pullam amicā congratulans atq; agēs ei gratias, q; manibus eius educa

# LIBER

ta, q̄ p̄ceptis eius esset instituta, q̄ nihil in contubernio eius uidisset nisi san-  
ctum & honestū. Curare igitur toto debent studio matres & si non alia at fi-  
liarū saltē causa om̄i se uirtute præditas & haberi & esse, sed pudicitia q̄ ma-  
xime, quæ & si omni sexui summo sit ornamento, at fœminis pernecessa-  
ria, Nā cū viri uel literis uel militia uel magistratu uel imperio multis modis  
magni celebresq; euadāt, hac una certe fœminæ (neq; em̄ quæ modo memo-  
ravimus apprime illis conueniunt) gloriosam sunt laudem cōsecutæ, hic est  
singularis unicuſq; thesaurus earum, hunc sollicitius conseruent, hunc ab im-  
purissimis insidioribus longe intactū intemeratumq; secludant, hūc per-  
uigili cura indefessoq; studio custodiant, hanc secum quā a matribus acce-  
perint locupletiore multo aliis atq; ampliore dotem filiæ ad maritos ferāt,  
pro qua & amabunt & ab illis magno semper in honore habebunt, quā vt  
überius assequantur præcidendi sunt cuncti malarum libidinū somites, cū  
etia irritamenta, ne uideat matres saltantes, ne lyram attrectantes, ne specta-  
culorum celebritatibus & pompis intendentes, ne molliore uultu comptio-  
req; cultu delectates, ne quo elegantiores uideant nescio quibus ungenterū  
portentis faciem curantes, procul hæc ab oculis filiarū, ne audiant ab ipsis dī  
caculum aliqd aut pruriens uerbum, ipsa quoq; secretiora coniugalis thori  
quis sancta & immaculata sumimouenda tñ ab aspectu earū, breuioris sint  
cuiusuis ætatis, atq; lōge arcenda sunt, ne ut est ad imitandū quæ uideat rudis  
illa ætas cæteris curiosior, experiri quæ non intelligit uolens, male his aliquā  
do intelligens assuefiat, qd cū in quibusdam & pene infantibus uifum sit sēpi  
us contigisse, non aliud id q̄ a parentibus eos accepisse qui altius sapiunt sū  
spicantur. Cogitent quæso q̄eū curæ adhibebunt in excolendis domibus, ut  
munda sit om̄is supellec, ut niteant columnæ, ut tersi sint parietes, ut purga-  
ta pavimenta, ne quicq; uel luti uel ramenti uel excrementi offendat oculos  
hospiū aut uenientiū ad se amicorū, quæ si tanta diligentia curant, quanto  
maiore decet eas morum ac sancte uitæ suæ nitore splendentes efficeret, ut nū  
hil pateat oculis aut hospiū aut amicorum qd commendare non possint;  
aut filiarū qd ad turpitudinem eas inuitet, ne quū permundauerint perpur-  
gauerint exteriores domos interius tñ pectoris habitaculum qd diuina nu-  
mina hospitari solent sordidum immundū turpicq; uitiorū labe infectum et  
coquinatum appareat, atq; illud merito accidere possit, qd phrygicuidam  
quæstor i Dionysii qui cū in domū splendido instructā apparatu præciosisq;  
instratam paumentis Aristippū induxit (quanq; id plæriq; Diogeni cōce-  
dant) uelletq; ille excreare, in faciem tam magnifici habitatori sputa conie-  
cit, quo indignante dixit nullum se ubi spueret uiliorem abiectiore m̄q; locū  
inuenisse. Excitent iā se matres suscipiant libenter monita nostra, susceptaq;  
libentius perficiant, ad qd cum hæc quæ tradimus præcepta, tum antiqua  
simul siue ḡtili siue christiano ex grege egregiarū fœminarū exēpla cōmo-  
nebunt eas facile atq; incendent, quæ licet multa imitatione digna comme-  
morari possent, cum ad alia iñ edisserenda aduocemur, unā tñ cuiuscausa

# PRIMVS

operi nos huic supra accinxisse retulimus, tanque illustriorem sanctiorecum eis exemplo habedam Monicā Augustini matrem ex omni foeminarū turba proferemus, cuius si pudicitia ad quam modo eas tantopere exhortati sumus quærunt, nihil ea mundius nihil candidius iudicabunt, que & filium turpi in sanguinem libidine ad castitatis amore sanctis assidue monitis cohortabat, & martialis cubilis iniurias ita dissimulās tolerauit, ut ne unque ob id simulcas illi cum uiro fuerit, quem magis deo iugiter commendans, ut christi fidelem & castū simul fieri aliquā sperabat, pro tolerātiā & mansuetudinē, quod tanta in ea relucebat, quantā nescio mai orē illi esse potuisse, & mariti iracundia & ancillarū delationes & socrus indig nationem patiētissime sustinuit, si cōfiliū & prudentiam, neque horum inferior aliis laus in ea predicāda est, quae uiro irato nunquā resistere, refracto uero & quieto (quū tempus postulare) callebat eorū quae ægerat rationē aperire, matronas quoque uicinas intemperatioris linguae blande dulciterque admonere, atque ad maritorū debita obserquia optimis sanctissimisque rationibus inuitare. Si ingenii uim & acumen, neque hoc in ea contemnendū fuit quod cum saepius se admiratū fuisse Augustinus testet, tum uero maxime in quadam disputatione nō paruæ rei quā die natalis sui cum conuiuis habuisse atque in libellum contulisse narrat, tamāque eius mentem sibi apparuisse, ut nihil aptius ueræ philosophie uidereret, prout dec̄s instituisse cum abūdaret ocio agere ne colloquio suo unquā deesset. Si cōstantia & animi magnitudinē si perseverantiā, nihil supra quae optimum quenque ac de octissimū anxia semper & gemebunda adibat, rogans instansque ut filium errantem doceret ueræ pietatis dogma atque doctrinam, quae uirilitatem animo neque laboribus neque periculis neque annis suis parcens, semper inuicta semper infracta per longa uiarum spacia terra eum marique secuta est. Quid dicam sobrietatē uitæ eius: quid modestiā: quid integratē: quid innocentiā: quid in gubernanda re familiari instituendisque filiis diligentiā: atque disciplinā: quid teneritudinē animis propensumque in omnes amorem: præsertim in religiosos ac sanctos uiros, quos cum præ cæteris plurimum uenerare identidem ab eis summe colebatur, quid religionis cultū: quā spe bona erat semper: quod solida pietate: quod ardenti charitate: quā egētes souebat, inopes sustētabat, miseros cōmiserabat, afflictos consolabat quod illi cura sedādi turbatas mentes, extinguendi odia componēdi discordes atque infensos inimicis aīos, & ad amicitiā pacēque reuocandi, quantū humanas res fluxas, fallaces, momētaneasque ducebat, ut ne uitam ipsam etiā quā tanti quisque facimus prorsus quicquā illa curaret, quā terrena cuncta magno animo contemnens, diuinorum assiduo miroque ardore flagrabat, hanc nimis tot tantisque præstantem uirtutibus ad maiora deus atque merita altiora peruehere destinauit, cuius filium grauissimis diu impiissimisque implicari erroribus magno non sine prouidentiæ suæ consilio permisit, ut sancte matris quam probe perfectam habebat affectus suscitaret, ad eas quas & uberrimas & ardencissimas pertatum temporis profudit preces & lachry.

# LIBER

mas quibus tanquā alte euolantibus coruscantibus quibusdā sanctis & cōlos ipsos & dei ipsius summi secretiora corda penetrauit, quibus adeo se euexit, adeo mentem altius extulit, ut familiarissima iam diuinorū consilio rum facta tantum fuerit consecuta, quantū gustu magis quodam mecum capere quā uerbis unq̄ ullis explicare possim. Cogitāsc̄ forte tantū de ea iudicium nostrum admirantur, q̄ magnum quantiq̄ æstimandū fructum at tulerint maternę illę preces & lachrymæ Augustini scilicet cōuersionē, quo quantū desolata iam pene fides nostra indigebat omnes intelligunt, cumq̄ animaduerterint nihil illo excellentius, persuadere etiam sibi facile poterūt matris quę tantū illum ac maiore etiam quam petebat precibus & lachrymis suis im petrauit excellentiam, nam ut mortaliū precibus capitur ac tan quam cathenis uincitur deus, ita precantum fidem ardoremq; magis quā quid petatur respicere atq; parī mensura respondens implere solet. O sc̄emina singularem. O magnam & admirabilem. O scriptorum omnium dignam præconio. O sempiterna laude prædicandā. Hanc talem non immērito hanc tantā ad imitandum matres suscipiant, huius uirtutes contemplari nūquā desinant, quibus cum tot numero claruerint, non facile tamen sit iudicare quę earum præstiterit. Tanta fuit in ea singularis magnitudo atq; excellentia, hanc ament, hanc colant perpetuo atq; inuocent nō matres modo sed etiam patres simul, quos cum omnes una compellemus ita omnium animos ad illius imitationē pariter et affectionē maxime cohortamur, cui cum imitatio eos ad bene sancteq; uiuendum non parum incitat, ita affe ctio ad illam etiam magis imitandam p' urimū adiuuabit. Nunc ad alia de quibus iam tempestiuum est dissērere orationem conuertamus.

¶ Quid parentibus obseruandum in liberorum procreatione.

## Capitulum secundum.

¶ Atis iam parentibus persuasū esse arbitramur quam necessariū sit ad institutionē filiorum modeste eos in primis ac sancte vitam instituere, proximū nunc est ut quo illos modo instituāt ostēdamus, quod antequam aggrediamur non negligendū uidetur, ut quid in procreatione eorum obseruare debeant pauca primo attingamus, parū enim prodesset in iis instituendis laborare qui ita procreati essent, ut magna non sine difficultate bene institui possent, sicuti solet accidere cultoribus arborū, q̄ cum radicis fundamēta male iecerint habeant quantū uelint putan dorum ramorum curam, frustra bonum unquam ullum earū aut uberem fructum expectabunt. Principio itaq; qui pro susceptra sobole perpetuo letari cupiunt, curare debent ne aliis q̄ uxoribus feminis unquam congregiantur, præsertim abiecte aut prostitutę conditionis, quod cum diuini ad mandati obseruationem pertineat, tamē humana etiam philosophia præcipiēte ad decorum splēdoremq; morum, atq; ad nomen filiorū clarissimus, ad euitan dam quoq; (quod exprobrare facile quisq; eis potest) generationis maculam maxime conducat. Plærīq; enim s̄xpe quibus generositatem magnā.

## PRIMVS

animi natura īgenuit consciī paternae labis deīciuntur prosterū nūtq; ani  
mo, ut qd a natura bene suscepereūt, generationis non parum detrahit igno  
minia. Cōsitebitur etiam de hinc quisq; eorū qui se meretricibus iungunt ī  
temperatoris libidinis ui ac stimulo impelli q; qui uxoriū propriis, suscipe  
recq; eius effectū non dissimilem ab immoderatiore illo desyderio uim atq;  
naturam, quam certe ita tenacem imprimi medici tradūt, ut quas rationes  
conditionesq; se men habuerit dum generationis radices iacit, easdem infun  
dat nunquā abluendas in humana corpora atq; ingenia. Quare consequēs  
est ex huiusmodi intemperantia natos ad uenereas uoluptates etiam procli  
uiores fore, Quod nec poetas etiā latuisse apparer, ut oīa quēuis etiā secreta  
naturę uelamentis suis ornare studuerint, fingunt em Palladia (q; castissima  
ac uirgo credita fuerit) a loue genitam esse non ex coniunctione fœminę ut  
reliquam ipsius sobolem, sed ex cerebro, quasi ibi sapientiae non libidinis  
ullus inesset ardor qui in filiam deriuaret. Ex hac ratione illud etiam sequit  
q; nec minus admonendi sunt patres ut scilicet potu ac cibo moderate sum  
pro commisceāt se uxoribus, ne contra obseruantes cōtingat eos habere fili  
os heluones & ebrios, cuiusmodi memorat illud Diogenis ī quendā ado  
lescentulum ex temulentia despicientem. Adolescētule (inquit) ebrius te se  
minauit pater, Cui nec dissimile est qd a sene quodam docto recolo iactum  
fuisse in quēdam puerū immoderatius edentem, quē dum Orci qui cuncta  
deuorat filiū appellaret o semini (inquit) conueniens messis. Parī ratione cō  
uenit absī inere se parentes ne causa iejunii debiliores aut alia causa factisint  
cum longo īinere aut graui labore fatigati, cum languore aliquo correpti,  
& qd studiosis literarum frequētius accidit, cum meditati quicquā defixius  
diutiusq; fuerint, ne ex his uitii aliquid qd & animo & corpori nocentū  
afferat filios postea susceplos comitetur. Nō est contemnendū etiam q; me  
dicorum probat auctoritas ne intra secretiores thalamos depictas habeāt  
deformes monstrosasq; figurās, quarū intuitus cogitatioq; uelementior  
admirabilē uim habet in fīgēndis fœtib; instar eorū quæ uel oculis hau  
serunt uel mente efficaciū conceperunt, Quare Soranus auctor medicinæ  
quem refert Augustinus scripsit Cyprum quendā regem cū deformis esset  
coniugi suæ ne deformes filios pareret proponere in concubitu formosam  
picturam solitū fuisse, Prēcipue aut fugienda est nimia congrediēndi consue  
tudo, quæ corpus pariter & animū lassat admodūt atq; eneruat, qua & pro  
hibentur generari fœtus, & si generētur deteriores ob id semper euadere so  
lent. Quare scitum fuit illud Pythagoræ responsum, qui rogatus qñ esset cō  
cubendum, tunc (inquit) cum te ipso infirmior uis fieri, cuius est etiam præ  
clara illa sententia, uenerea hyeme non æstate facienda, autūno ac uere leui  
us, omni aut ipse esse grauia & ad sanitatem minime idonea. Obseruandum  
est etiam qd medicorū simul & philosophorū pcepta tradunt, ne nimiū ado  
lescentulē quis se coniugat, q; tenuiores inde hebetioresq; filios nascinō tam  
in hominibus quā in cæteris etiā animantib; animaduersum sit, & quibus;

# LIBER

in ciuitatibus mos est adolescentiores puellas nuptui tradi, in his etiam impfectiora esse hominum corpora atque irrobustiora, labore etiam maiorē partus sustine re ac uitae discrimē saepius incurrere, Idem de senioribus putandum est quod ita ut & iuniorū partus minus perfecti esse minusque & animi & corporis vitalibus usualere creduntur. Quare recte maiores nostri foeminas non ante octauum & decimum, uiros uero sextum & tricesimum annū connubio iungendos esse censuerūt, Post hec curare debent mulieres cum pregnātes sunt ut quantū satis est alimoniae capiant, ut acutiores atque amariores deuictē cibos ac uina insipida, ut moderate se exerceant, non pigritia torpescentes, nec uiolento ullo se motu aut labore lassantes, laudatque plurimum prisci auctores tanquam moderatius ac dignius iter, singulis diebus uisant aras ac templa sacra, studeant sed quod maxime mente laeta semper & tranquilla esse, nam quemadmodum diligentius culta letiores fruges terra producit, ita ut diligentia rem sui curā habuerint, meliores etiam humana corpora proferunt fructus.

¶ Docet maximam alimoniae filiorum curam habendam esse.

## Caput tertium

Ostquā uero enīxē fuerint maiore quoque studio attēdere oportet matres, circa alimoniam filiorū, atque illud in primis admonendē sunt, ut eos proprio alant lacte, neque nutriendos tradant extraneis presertim abiectis aut impudicis foeminiis. Nam non minorē lactis quā supra seminis diximus uim ac proprietatem credim⁹ esse in fīgēndis corporis atque animi similitudinibus, quod cum hominū cum ceterorū & animaliū experientia comperit. Agnos subrumos si capris lactandos subiecerint ferunt lanę duxioris esse, cōtraque teneroris hedos si lac ouium ebiberint. Duos pueros agrestibus parentibus natos accepimus propter matrū tum lactis tum aeris in opiam alterū caprino alterum porcino lacte enutritos, atque hunc a lutosis paulib⁹ illum a dumetis frondosisque iugis mortium nunquam auelli potuisse, Quare non inde te ab Ouidio dictum est, nec lac bibit ille leēnæ, & a Virgilio hircanęque admorunt ubera tigres. Porro quid haec in corporibus animatū miramur, cum in his quę a terra nascantur certū sit aquas magis ac terras quibus alantur quā semina ipsa a quibus genita sunt ualere ad earū vel decrementū uel augmentū. Plantaria quoque lacte primo indolis si in tristioris succi terram transponunt plerūque interire, Parcant igitur matres ab se filios ablegantes aliis alendos dimittere, proponant sibi exempla quā modo memorauimus & pecudes simul et arbores, ne putent uenustatis magis a uornamenti causa decentiores illos mammarū neruos sibia natura fuisse concessos, Desinant proinde ita delicate, quid dico delicate? immo ita feræ atque immanes esse, ut quo formæ aut teneroris etatis florē aliis ostentandū conseruent, quod neque lupę neque leēnæ efficerent, filios uel quassine ligentes uel odio etiam prosequentes a pectore suo abiiciant. Attendatque Gregorius prauā huiuscmodi consuetudinē in coniugatorū moribus surrexisse acculans dicit eas non alia causa filios quos gignunt aliis mulieribus nutrien-

# PRIMVS

dos quā sola ex carnis incontinentia, nolint fontem uberū suorū nolint tam  
sanctos quos sobolis tñ pascendē causa natura fabricauit ipse tanta cum de-  
mentia mammarū euripos extinguere, ne naturae pulcherrima atq; ingen-  
tia dona despiciant, ne quod illa sapientissime cōdidit benignissimeq; eis cō-  
tulit, tanq; illius criminatrices contemnunt. Ne parui queso faciant, ne imiten-  
tur eas quæ turpitudinis suæ consciē nondū natos fœtus priuant alimonia,  
interioris puriorisq; sanguinis aborsum medicamentis facientes. Quid em̄  
aliud ipsæ factitant dum uberrima suorū uberū illis munera denegāt; dum  
tubos per quos preciosissima lactis ipsius unda profluit a refaciūt. Necq; ullā  
q; ab aliis alii eos curent excusationē afferant, qui si farī possent & uecordiā  
longe earum accusarēt, & qd ab artifice natura suscepérūt ab ipsis tanq; pro-  
dicribus ac salutis eorum inimicis auferri quererēt, nā quid conuenire ma-  
gis sustentationi ipsorū credunt; quid ad conseruandos atq; augendos eos  
magis cōgruere arbitrāt; q; cōsuetū iā in interioribus uteri penetralibꝫ ante  
degustatū sanguinē; necq; enim aliū est ac prius in utero fuit, quāuis uideco-  
quentis caloris mutato postea colore exalbuerit. Nam nec carbonū q; aliū  
cum ardent aliū cum extincti sunt colorem seruēt diuersa tñ est species, nec  
argenteorū stilorum quos albore cernimus mutari etiam materiā putamus  
q; ducēt ex eis notæ nigrescant, uina quoq; q; ex uuis recenter expressa albe-  
scant, diutiusq; in fracidis, seruata rubescant nō diuersa tñ esse existimam⁹.  
Dicāt uero si a teneris annis assuefacte fuerint cuipiā uino quod uerbi causa  
uinea sua genuerit, necq; aliud unq; exoptauerint quantū ad ualeitudinē con-  
ferre putabūt, si ex diuerso longe orbe prolatū aliud uinū eas ehibere oporteat, ita profecto est ut cum nihil applicabilius nihil similius cui iam in utero  
assuefacti sunt uictui illis afferre possit q; lac propriū matris, nihil etiam sit su-  
stentatione orū atq; augmento aptius, nihil conuenientius, cuius præcipuū  
evidensq; testimoniuū ne quidē est prætereundū, quod experimento probauit  
esse affirmant medici, conferre scilicet ad quæq; quibus infantes agunt no-  
cumenta si admoueant ori eorum fugendē summæ maternarū mammarū  
papillæ, ne manifesta iam naturae iura respuant, ne detractetur quæ præter  
cætera eo ipsas etiam argumento ad alendos fœtus inuitat, q; educatorem  
nondū natorū corporū sanguine cum puerperii tēpus propinquare presen-  
tit transmittit ad exteriores uberum fontes mira prouidens solertia, ut nō di-  
uerso quam in latebris conditi pascebantur in lucem eriā prolati uictu foue-  
antur, quæ & geminas p̄terea eis mammas adiunxit, ut si geminos etiam for-  
tasse aliquando parerent, non deessent pares illis latices, quibus utrincq; abun-  
de ali possent. Nec magistram omnium atq; opificem naturam tanta iniuria  
afficiant, quæ cum totas integras pfectasq; filiorū suorū matres esse uolu-  
erit, ipse contra iura sua dimidiantes negligūt, eos aspernant deserunt a bīci-  
unt, res monstri certe similis, ut quos in abditissimis uteri recessibꝫ nō uisos  
vnq; sanguine proprio aluerint, cum in apertū prodierint, quos iam uident  
quibus iamiam arrident & blandiuntur, quorum dulcia murmura officio-  
rumq; implorationes captant, illis tam immaniter lactis proprii dona de-

# LIBER

gant, non alia sibi causa concessū ut quem cunctis animantibus ingentium  
esse constat in filios amorum, ad extraneas mulieres ueritatem tantum eis ciba-  
tionis causa transferant, quibus cum minus affectas esse manifestū sit, pro-  
pter alienatā ab ipsis eorum nutricationē. Ita illos maiore sæpius earū a qui-  
bus alimenta suscepereunt, q̄ matrū desyderio moueri incertū non est, cōfir-  
mari enim augericq; maxime omnibus animantibus solum qui communī  
ex conuītu amor exoritur. Mirantur forte longiorem super his sermonē  
nostrum, at nos non minus delicatiorem uitam earum qua compulsionem  
plura quam instituerimus uerba facere, neq; nostram refellere sentē-  
tiam contendant, q̄ uel corrupti uel siccatae lactis causa uel malam propter  
tim quā si conualetidinē uel gignēdorū etiā aliorū desiderio filios sēpi<sup>o</sup> extraneis alēdos  
a nūcula contra cōmendent non aduersamur, non his cerre repugnamus, q̄ cum acciderint  
nūs erū ~ tñ eas sūmopere admoneamus ut sūmam adhibeant diligentia in deligen-  
dis nutricibus, quas etiam si fieri potest non alibi quam in domibus earum  
hospitari curandum est. Sed etiam erit caudatum ne pregnantes sint, ne par-  
tu nimis recentes, aut ne minus quidem duobus mensibus, ne mala aliqua  
ualetudine affecte ne cuiquā se commisceant, ne uel aborsum fecerint uel fa-  
ceret cōsueuerint. Præterea attendere oportet ut masculum pariant ut colo-  
res sint uiuido, corpore robusto, carne neq; macilenta neq; præpingui ætate  
etiam uirenti, atq; ea maxime probatur quæ quintū & uicesimū & quintū  
inter & tricesimū annū agitū, Nō est etiam negligē dū ut moderato utanc  
exercitio, ut bonis ac electis alantur cibis, ut quod præcipue Aristoteles p̄ci-  
pit uinū sumant multa mixtū aqua, ac ipsū quidē modicū, licet contra uul-  
gi iactet opinio. Quę cuncta cum ad informanda augendaq; magis huma-  
na & corpora & ingenia plurimū cōferre credātur, longe tamē ante omnia  
maiorē efficacioremq; uim afferre existimandę sūt humanę perturbationes,  
quibus nemo non uel magna ex parte subiectus est, quare adhibendę sunt  
pueris nutrices quæ non tristitia, nō ira, non timore plus æquo affici uideāt,  
reiiciendę sunt morosę difficiles fatuę stolidę temulentę seruę improbe p̄-  
sertim uero quod principio ad monuimus impudicę, quandoquidē & pudici-  
cīae maius incumbit periculū, & venereę titillationis violentior uis est  
faciliorq; in educatā sobolē ab altrice deflux<sup>o</sup>, Nec miremur postea quosdā  
quos honestissimis castissimisq; ortos sciuimus parentibus, q̄ uiles impudi-  
casq; sortiti sunt nutrices longe parentū suorū moribus dissimiles extitisse.  
Tanta quippe est prīmi ipsius alimenti vis, tam efficax impressio, ut non ali-  
as proprietates & ingenia trahat secum in nouellum quo suscipitur atq; te-  
nellū uas, q̄ quas riuus ipse unde profluxit habuerat. Bernardi mater & san-  
guine clara & uirtute etiā clarior fuisse prædicatur, quā cum in multis cum  
in educatione præsertim liberorum manifeſte declarauit, nam eorū nō mo-  
do erudiendorū parceq; & sobrie enutriendorū curā habuit, quod nosq;  
infra præcipiemus, quin & lacte non nisi proprio alieos unq; passa est, illud  
probe callens, quod a nobis demonstratum est maternos utiq; mores cum

# PRIMVS

eo simul lique in lacte filios defluere. Nec uero diuersum est sancta & prudens mater ab optima educatione liberorum suorum consecuta, quos omnes (septem enim numero suscepit) & uirtute moribusq; insignes, & quod mirum est dictu deo insuper dicatos, summaq; omnes sanctitate religionisq; obseruantia praestantes habuisse per celebre est. Nec uero gentilibus mulieribus minori id laudis attributum est, quod q; maxime nos docet perelegans illud epigramma, quod marmoreo tumulo insculptum reperi in basilica quae memoriae Ioannis & Pauli dedicata est, eius uerba sunt haec. *Gratiæ Alexandriæ insigne exempli ac pudicitiae etiā filios suos propriis uberibus educauit. Non uisum fuit satis mulierē laude pudicitiae commendatā fuisse, nisi & adiunctū esset filios eam suos propriis uberib; educasse, ut pote rem probę cuiq; & pudicet fœminæ conuenientē maxime ac necessariam, filiorum quoq; utilitatē admodū atq; saluti consulentem.* Subit animū Laurentius germanus meus quem propter non mediocre eius ingenium summam quoq; uitiae consuetudinem & integratē amabam plurimū, fuit illi nutrix optima mansuetissima pudicissima sed quae ei tamen corruptum lac præbuerit, quod adeo malo suo hausit, ut per oēm ætatem suam grauissimo semper renium dolore vexat, sit, quo & tandem tempestiuore eum fato uocante consumptus est, sed p̄ter hæc erat adeo illi similis (non de moribus loquor) quibus nihil dici possit similius, ut quod saepius obseruaui iisdem ferme lineamentis oris motu labiorum, aspectu oculorū, incessu etiam eodem esse uideretur, Me aut aluit nutrix tantæ uerecundiæ ut uiris coram ne oculos unq; attolleret, fœminas vero saepius intuens erubesceret, memorq; um a matre accepisse, nunq; illam quin rubore magno semper suffunderetur alloqui potuisse, erat præterea locundi parcissima, solitudinis appetentissima, turbæ inimicissima, adeo ut domi ferme semper marito longe illam increpante se contineret, Huius ita nutricis meq; mores examissim me comitati sunt, ac si cor eius atq; animam cum lacte simul imbibisset, cæteri uero quos mater aluerat (id enim semper faciebat) nisi uetaret aut malā ob ualetudinē aut ob desiccatum (quod saepè accidebat) lactis fontem, mirū q; naturam illius & mores ac gestus corporis imitati summo quoq; eam semper amore cōplexi sunt. Quæ ideo uolui me minisse ut meo meorūq; exemplo discant matres quos genuerunt alimento etiā proprio non fraudare, intelligātq; filios non tam liquorem ipsū quorum gratia is a natura liberalissime eis tributus est q; mores simul ac uitiae conditiones imbibituros esse. Nunc ad quę nos iam dudū uocamus tradenda institutionis eorum precepta descendamus. De institutione igitur filiorū locuturi non admonebimus quod a medicis tñ scimus esse præceptum, ut a præceptis altisq; locis unde facile labi possint auertantur, ut nulla illis quibus vel punctum uel cæsim lœdant se ipsos ferramenta attractanda permittantur, utq; ab aliis si qua sint his similia uel ignis uel aquarum uel equorum cursitatum uel canum uel ferarum mordentium periculis diligentissime custodiātur, ad incolumentem enim eorum hæc magis q; institutionem de qua nobis

# LIBER

dicendū est pertinent, quanq̄ multorū parentium tantā secordiam nouim⁹,  
ut minimā uel nullam horum habeant curam. Illud aut̄ credimus & animi  
& corporis eorum virib⁹ plurimū conferre, si haud nimis delicate a pueri  
tia nutriantur, sineq; uiliora neq; etiam sumptuosiora sed qualia quidē na  
tura desyderat cibaria illis. Rariter atq; indumenta prēparent, qd cum p̄senti  
tum reliqua etiam omni eorū aetati proderit. Nam quibus se tunc uiuendi  
morib⁹ assuefecerint, iisdem tanq̄ iactis quibusdā uitę fundamentis tenacis  
sime semper inhrebūt. Marcus Cato in libro quē & ipse cōposuit de liberis  
educādis mihi (inquit) puerō modica una fuit tunica & toga, sine fasciis cal  
ciamēta, equus sine ephippio, balneū nō quotidianū, alueus rarus. Paria qd  
de uticensi legunt. Diogenē ferunt filios Xenidæ curę & disciplinę suę com  
missos cibo leui ac uili educasse, detolos etiam ad cutem incompositosq; ac  
sine tunicis & calceis deducere solitum esse, quanq̄ quæ a ciuitate morum  
discrepant non multum probamus.

¶ Utile est pueris frigoris patientiæ assuefieri  
Caput quartum.

Idebitur aut̄ utile esse si frigori assuefiāt, qd barbari alioqui facere tra  
duuntur, uel gelidis eos fluuiis immēgētes, uel uili admodū ac modi  
co amictu contegentes, propter em eorum calorē aptius faciliusq; ad  
frigus exerceri possunt, uidemus aliquos ob summā parētū inopiam in ma  
iore etiam hyeme & nudis pedibus incedere, & unica ac trita quidem ueste  
indui, qui qd ita assuefacti sunt, non magis tñ asperitate frigoris qd splendide  
etiam quicq; calceati atq; amicti molestā habent. Quo loco cōuenienter nar  
randū est, qd adolescentulo iam mihi dum ruri aliquā agerē cōtigit, obuiū  
habui forte rusticū quendam pecora agentē, atq; ut erat altissimū frig⁹ necq;  
illi calcei neq; pene uestis unde tegeret, commiseratus indigentia hoīs, roga  
ui, qd fortiter rigorē illum tāti frigoris ferret, quē uix ego tot undiq; septus in  
dumentis sustinere possem. Respōdit ille mihi perfacete, putas ne fili frigeres  
si quicqd uestium habes indutus essem cunq; statim nil me frigoris sensurū  
annuissem, ne mireris ergo (inquit) si ne utiq; frigescam, quū quicquid indu  
mentorū habeam semper amiciar. Quo plane non tam faceto qd sapiētię ple  
no responso admonuit me homo agrestis & imperitus, quantū ad supplen  
das corporū necessitates ualeret usus atq; assuefactio. De frigore hæc dixi  
mus, Famem contra preferre nullo modo sinendi sunt, ne propter continuū  
qd in eis sit augmentū naturæ uigor imminuat. De somno itidē cēsendum  
est, sed moderate quidem om̄ia, nam tradunt & medici & philosophi & M  
Varro in longa historia quæ inscripta est de liberis educandis. Si nimio illi  
cibo ac somno uti permitterent, animaduersum esse hebetiores inde tardio  
resq; fieri, impediriq; proceritatem corporum, minusq; ea adolescere.

¶ Vinum ministrandum esse pueris negat.  
Capitulum quintum.

# PRIMVS

Inum autem quia calore abundant minime eis ministrabitur. Quod & Diogenes in filiis Xenidæ discipulis suis obseruavit, & Plato monet, uetans ignem igni excitari, & Seneca meminit, & medici p̄cipiunt, donec ad annos nouem peruerent, quorū nisi illustri auctoritati inniteret mur, haud unq̄ illud eis negare auderemus, ne quosdā nostri t̄pis delicatos curandisq; magis corporibus q̄ animis intentos offenderemus, quorū pr̄ua adeo corruptaq; opinio inualuit, ut ad augendū robur confirmandāq; corporis bonam ualetudinē uīna dum probe exhauiunt multum p̄fūstare adiumenti arbitrent, quare multi etiā filios dum lacte adhuc aluntur, assuesciunt uino, affirmantes eo ualidiores robustioresq; neruos q̄ lactis alimen- to fieri, q̄rū stulticia magnū iæpius filiorū animis simul & corporibus affere nō documentū, nam calor qui in eis abundat adauctus nouo alio calore ad irā eos facit p̄cipitatores, quae in tenera p̄fertim etate summopere cauenda est, Quod & Plato qui id prohibuit minime ignorauit, Et sacra etiā nos docet auctoritas dum uīnū multum p̄tātū amaritudinē animæ esse inquit, irā ratione & irā & ruinas multas facere. Sed p̄terea hebetant inde maxime ac prope enecant ingenia, ipsa q̄q; uis rationis obtundit longe atq; infingitur. Non quemadmodū asserebat nebulo Cretensis, qui se philosophū & Platonicū quidē affirmās ex decreto ipſi⁹ quē falso in mediū proferebat Platonis, ad potandum probe omnes hortabat, tanq; ad excitanda ingenia augendāq; uirtutem plurimū conferret nimia uīni ingurgitatio; Corpora uero multis sepe ac grauissimis morbis conticiunt, Quare ne intuearis (dicit hebræus sapiens) uīnum quando flauescit, cum splenduerit in uītro color eius, ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulis uenena diffundet. Qui uero propter delicationē consuetudinem uel propter exactos iam exuberantioris caloris fines denegare illud eis forte refor- midant, moderatū saltem ac p̄dominante longe aqua permixtū ministrare dehebūt, ut docet Aristoteles, propter comprehendū mulū eorū spiritū qui sursum ferri ac rursum uenas tumefaciendo porosq; quibus respiratio fit coartando descendere cōsuevit. Modice quippe sumptū plurimū & inge- nia acuit, & bonę cōfert ualetudini, equa em uita ut diuina uoce instruimur homībus uīnum in sobrietate, sanitas est animæ & corpori sobrius potus, Noli quoq; scribit Paulus Timotheo aquam bibere, sed uīno modico utere propter stomachū tuum & frequentes tuas infirmitates. Pr̄ter hēc etiā cohibendi aut interrūpendi non sunt eorū ploratus, ad augmētū em acq; exer- citationē quasi quandā corporū conferre existimātur. Sed & usq; ad ætatem quinq; annorū quæ nōdū disciplinę ulli apta est a laboribus q̄ maxime arce- bunt, ne crescendi ullum impedimentum afferat, motu tñ quodam qui non uiolētus sit ad propellendū corporis pigritiam exercebunt, exerceri autē apte- poterunt per ludos, qui nec remissiores nec laboriosiores in primis autem non illiberales sint.

Graues & honestos sermones pueri audiant quibus humani  
formentur animi. Caput sextum

# LIBER

Auendum præterea erit id quod & Plato nutrices admonuit, ne eis turpes aut inanes anilesq; fabellæ narrentur, q; quemadmodū manibus corpora ita & sermonibus animi humani formentur, ne etiā qd frequētius fit, dimidiatorū uerborum ineptissimas quasdā murmurationes audiant, in quo curam quoq; adhibebunt, ne (qui mos est celeberrimus fœminarum) finant per huiuscmodi blandiciunculas uel quę eis honestissima nomina indiderūt diminui, uel alia quę nescio quid fœminule magis redolent innouari, ne succrescēt etate iisdem quoq; (qd fieri uidemus) perpetuo nominibus appellantur. Quo circa cum nominū honestas plurimū afferat dignitatis atq; auctoritatis, illud quoq; moneamus ne parentes filiis imponant nomina aut indecora aut barbara aut noua aut quę gentiliū deorum sint (quod a plærisq; fit) ne in iniuriam religionis nostrę id fieri uideatur, q;q uirorum excellentiam plus decoris interdum noībus suis q contra nominū uiris tribuisse probatum est. Cuiusmodi sunt Cicero. Brutus. Naso. Maro, q licet per se parum uenusta sint, propter tñ eximiam illorum uirtutem qui ita appellati sunt nemo non honori etiam sibi ea nomina ascriberet, Antoninorum nomen licet ab Antonio diminutū sit, ob pstantem tñ eorū principum probitatem qui id primo sibi inditum habuerūt, tā celebre extitit, ut quot quoteos secutifuerunt, nō Antonios sed Antoninos se dici magis tanq; maioris uenerationis optarent, Neronē contra quisabina lingua fortis ac strenuus significatur, propter nefanda sclera illius qui ita appellatus est quanq; decentissimum id nomen sit, dicitamen se quisq; recusaret, Sed unde discessimus redeamus.

**C**eteros non esse infantes monstrorum nominibus quę mulierculæ configere solent. Caput viii.

On sunt item deterrendi pueri monstruosissimi uel lemurum uel laruarū formarū quibusdā nominibus, quę a fœminis configi confitataq; sæpius stultissimo errore credi solent, ne quo tenelli male imbribuerint, cū ad firmiores annos peruererint, malo etiā terrore semper afficiantur, non sunt nominandę illis striges quas recens opinio uulgis sub felium specie infantes necare perhibet. Ouidiꝝ aut̄ sub nocturnarū forma auīū & occidere eos, & a stridendo insuper sic appellatas esse confirmat, Non nominent illis Orcum hoīes uorantem, nō Syluanū summa ædium incolentē, nō Demogorgona, non fatidicas, nō deas ultrices, non Morpheus illum quē & fœminę noctu e sponda lecti effigie humana pueris insidiari configunt, & Naso describit famulū somni humanā figurā incessum quoq; & uultum ac uocis sonū experimentē. Non alia hisce similia quibus & me recolo adeo de terreri solitū, ut ad multos usq; adolescentiæ annos uix a me terrorē illū ab unguiculis iam uehementer imbibitū euellere potuerim, quoties uero poetas legerem antiqua ea atq; elegantia sed immutatis paucis literis corrupta nomina perspicue intelligens, ab ineptissimis imperitissimisq; fœminis ita retenta esse non sine risu admiratus fui.

# PRIMVS

¶ Diuino cultui religioniq; a teneris annis dedicatos esse oportet.

Caput octauum.

Diuinum aut cultum q; maxime erunt ante omnia instruendi, ut eē  
a religioni honorē habere, & deo uerba facere discant honesta mini-  
meq; opprobriosa. Non item iurare per nomen ejus, q; usus iurandi  
ad peierandū sit admodum facilis, summiq; etiam pāiat illius per quē iu-  
ratur contemptū, dei aut contemptū quid indignius aut detestabilius dīcī  
potest? Nec minus uero a mētēndi studio deterrei debēt, quo nihil est  
ab hominē libero magis alienū, quod & interdixit Solon Atheniensis, qui  
fuit unus ex septem sapientibus. Est uero cū in omni ētate dedecorosum, at in  
pueris perniciosum, qui ubi mentiri assuefacti fuerint, in omnia audacter se  
prēcipitant uitia, nihil aestimantes quodūis tetrū atq; execrandū scelus. Ab  
obscenitate etiam uerborū custodianū, ne quid fœdum & turpe illis narret,  
qd audientes loqui itidem assuefiant, assuefactiq; demū cum adoleuerint fa-  
cere minime erubescant. Quare omni studio curandū erit, ne cum quibus lu-  
dos simul & domesticos sermones inituri sunt pueris & æqualibus suis nisi  
bene morati beneq; a parētibus instituti sint ullo modo uersent, cum seruis  
maxime qrum summopere illis conuersatio interdicenda est, ne quid obse-  
num (ut sunt obsceni illi semper) audiant, ne quid seruile imbibant, qd a te-  
neris ad firmiores usq; annos nunq; eos tanq; pīx tenacius adherens derelin-  
quat, omnino studendū erit ut tales illis sermones non fortuitu quidem sed  
certi ac ex industria tanq; cibi quidam administrent, quibus ad probitatem  
ad modestiam ad literarū amorem atq; ad dei ipsius timorem inuitent. Nō  
parum nanci momenti esset, si a rudioribus illis annis quicq; audirent quod  
uirtutis & literarū fastidium eis aut odium generaret. Delectant em magis  
per oēm ætatem quæ primis ab annis ebibunt, amarforaq; fiunt semp quæ  
cunq; infantia prius exhorruit. Non tam uero eorum linguae q; & manuū  
cura habebitur, ut compressæ puræ integræq; seruent, ne uel clam uel palam  
rapere quicq; minimū etiam assuescat, quo dulci malo diu per assuefactionē  
allecti, maiora ne utiq; cum maiores ad annos peruerterint reformidēt, erūt  
aut q; maximo ante omnia studio inhibendi eis omnes alearum lusus, etiam  
leuissimi, quib; tenella facile ad auaritiā ætas inuitatur, quibus & q libenter  
occupat furtis etiam rapinisch infamē semper uitam egisse compertū est. Nō  
item ducētur in balnea, quod ab antiquis romanis diligentissime fuit obser-  
uatum, apud eos uerecundiæ summae erat aut patrem cum filio pubere, aut  
sacerdū cum genero iauari, Tam em religiose sanguinē & affinitatē q deos  
suos colebant, credentes non minus nefas esse inter necessarios ac in loco ali-  
quo sacro nudatos apparere, Non permittant quoq; ire in tabernas merito-  
rias, aut in locum ullum turpitudinis, aut in cōuentus publicanorum scēne  
rato rumq; non aspicere picturas quæ deformitatē aliquam habeant ex  
quibus non minus ac ex uerborum auditu tenellis adhuc eorum mentibus  
turpe aliquid gigni potest, quod monemur ex Terentiano illo adolescentē,

# LIBER

qui depictū Iouem stupratorem intuens ad libidinē uehementer incitabat.  
Non i intereste spectaculis, quæ dulcissima sunt irritamenta omnis non tam  
libidinis q̄ inhumanitatis, non uani deniq̄ popelli ullis cetibus immisceri,  
ubi nulla nisi temeritat̄ & inconstantia nisi luxuriæ ac auariciæ exempla  
habebuntur.

¶ Querenda sunt ea loca in quibus de innocentia mo  
destia aliisq; uirtutibus sermo habetur.

Caput nonum.

Uentur aut̄ ad loca ubi honestas & religio colitur, ubi de innocentia  
de modestia, de integritate uerba habentur. Docendi erūt qd Dioge  
nes filios xenidæ solebat domi ministrare, non inter cenandū cū aliis  
simul accumbere, taciti & ac se in via tantū intuentes incedere, & q; Deme  
trius phaleretus præcepit occursantes in itinere reuereri, quodq; ad Demoni  
cum scribit Isocrates non tristī & demissō sed prompto & uiuo ac hilari uul  
tu esse ut uideantur salutare magis q̄ odio habere, Iucūdosq; se erga omnes  
p̄bere, optimis aut̄ uti, necq; circa ridicula grauiib; necq; circa grauiā ridiculis  
delectari, mundiciē deniq; pudorem religionem iusticiā atq; modestiā ser  
uare, quibus adolescentulorū mores potissimū dicit contineri. Quare & in  
struantur comiter salutare, salutatibus mutua salutationis officia reddere,  
uenientibus simul & abeuntibus se officiosos p̄ebere, nemini conuiciari, ne  
mini irasci, suauiter & urbane compellare, suauius & urbanus respondere,  
cedere aliis facile, non pertinaciter suæ insistere sententiæ, raro ac cum necesse  
fuerit tñloqui, Confabulantib; non nisi uocatos se immiscere, uocantib;  
p̄esto interuenire. Pro etate quenq; & dignitate uenerari, inferiores aut in  
opes minime contemnere, cum benevolentia alloqui, cū humanitate collige  
re, æqualibus moderationem & facilitatem, maioribus reueretiam p̄cipue  
exhibere, non esse monentibus asperos & contumaces, audire eis, assurgere  
de uia decedere, ceruicem & genua inclinare, ore etiam & incessu omnibusq;  
corporis partibus modestiam summā gestusq; decentes adhibere, cetera de  
niq; morum officia quæ ultimis tribus conuenienter libris explicabimus di  
ligētissime obseruare. Habet em̄ facilitas & suauitas morum in se quiddam  
quod se ipsum omnibus commēdat ac charum reddit, quod benevolentia  
omnium plurimū allicit atq; amorem. Commonebuntur aut̄ q̄ maxime se  
niores & eruditos homines adire, conuersationeq; eorum ac cōfabulatione  
delectari. Nam magnum est in pueris futuræ uirtutis signum, quum libēter  
eorum cōmercio gaudent, a quibus possunt meliores doctioresq; fieri, Ad  
h̄erebunt igitur illis assidue, quorum monitis & exemplis ad omnia bona  
studia tanquā stimulis quibusdam & calcaribus magis incitabuntur, Pecca  
bunt aut̄ minus, & cum peccauerint facilius etiam ab eis emendabuntur, ut  
enim per speculum faciei menda si qua est melius deprehenditur, deprehens  
fac̄ diluitur, ita per seniorum admonitiones pueri certius errata sua intelli  
gent, intelligentesq; corrigent, in quibus nullū est manifestius bonæ indolis

## PRIMVS

indictum, quam cum non intuite se moneri ac coarguſ audiunt, quod non in pueris modo sed in omni insuper ætate maxime commendatur, contracq; nihil peius his qui iniquo animo ferunt reprehensiones suas, quos ignorantia impunitateq; malorum suorum gaudentes amarus semper finis manet.

¶ Minis uerberibus aut nimia uerborum ſeueritate  
puerine terreantur Caput decimum.

Dhibebitur autem modus ne minis aut contumeliis nimis exterrantur, ne ue plagis cœdantur, qui error parentum admodum inualuit, putantium minas & uerbera ad optimam filiorū institutionem magnum adiumentum afferre, cum contra tantus illis timor incutiatur, qui nec facile ad maiorem etiam ætatem prouectis auelli queat, debilitat̄ quocq; ſæpius quod ſtultissime plæręq; fœminæ factitant, dum efferuescente ira quam nec minimam ipſe habent, filios ſuos malo cœdendi more modestiam edocere uolunt. Anxonem equitem romanum dum filium flagellaret occidiſſe legimus, cuius tati mali indignatione cum populus eum om̄is patres ſimul & filii graphiis in foro conſiderent, uix Augusti cœſaris quamuis summa auctoritas liberauit, Refert Julianus iurisconsultus ſutorem puerο diſcenti ingenuo filio familias parū bene facienti quod demonstrauerat, dum forma calcei ceruicem ei percuteret, oculum effodiſſe. Quare cautius uerſentur parentes in emendatione filiorum. Seruis enim ea non liberis hominibus conueniunt, inde fit ut qui ita minaciter obiurgationibus afficiuntur, cœdunturq; seruilem quendam animum induant, deiiciantur, refringātur, desperent, dolore crucientur, & que illis generosa forte mens inerat proſternatur, formidantesq; omnia nihil tentent egregium atq; libero homine dignum, que cum animis tum etiam corporibus plurimum obſunt, Nam & pessimi inde humores generātur, & deſidia exiccantur membra atq; contabescunt, neq; ſecus ac arbusculis nimiam ariditatem putamus & pueris aucteriem ſeueritatem nocere. Docent hoc & nos cætera animantia, Non enim nouellis equarum aut uaccarum fœtibus uerbera & calcaria aut ſtimuli adhibentur. Ipsi enim iam fræni patientes equi ſi crebrius uerberentur, fiunt morosi contumaces & ad cuncta expauſentes, contra uero blandiore manu attractati generoſiores euadūt, eademq; boum ratio, qui & acrius ſtimulis acti iuga ſæpius detrectant. Cum etiam nobiliorem enī indolem uidemus eorum, quos blādiciis magis & excursandi licentia quam minis & uerberibus uenator enutriuit, Aſinis contra quod animal ſit ſegne torpeſignauum ſeruiliſq; & abieſtæ nature non blādicias & palpationes ſed uerbera & fustes ſi utile nobis eorū ſeruiciū parare uolum adhiberi neceſſe eſt, hec eī ipsorū magis propria quēadmodum & ſeruorū ſupra eſſe diximus. Quare aptiſſime dum alterutros compararet ſacer auctor dixit cibaria & vírga & onus aſino, panis & disciplina & opus ſeruo, mācipia enim plagi afficeret atq; torquere magis conuenit

# LIBER

quod eiusdem q̄ proxime subdit sententia probat, iugum & lorū curuant collum durum & seruū inclinant operationes assidue, seruo maliuolo tortura & compedes. Eadem quoq; ratione uidemus teneras frondes ferrū refugere, sentes contra ac rubos falcibus runconibusq; succidi oportere, sic & igne rigida saxa decoqui, molles contra cāeras liquefieri. Mansuetorē certe in pueros oportet manum esse. Neq; hæc diximus quo laxandas eis habemus ad cūcta ipsorū uota existimemus. Nota est nobis mollis huius etatis ac corrumpi facilis procliviorq; ad uitium q̄ ad uirtutē natura, sed q̄ modera tior mitiorq; disciplina melius ac facilius eos a uitiis retrahat, ad uirtutisq; amorem inuitet, cui summā quoq; credimus & prudentiā & exacti cuiusdā iudicii rationē adiūgi oportere. Nam benefacta eorum nonnunq; laudare, errata s̄epius dissimulare, blande etiam aliquā corrigere, permiscereq; laudi pudorem, commendationibusq; obiurgationes alternatim conueniet, atq; ut res & tempus postulabunt nunc sancta seueritate uti, nūc fauere illis & ar ridere, nūc munusculis quibus plurimū ea ætas capitur cū quid benefacere ceperint amplius etiam eos excitare. Prædicādi item erunt ac summis attollendī laudibus, qui uirtute & literis præstantissimi uiri claruerunt, contracq; derestandi qui sceleratissimi perniciosissimiq; habiti sunt. Narrandū erit qui bus proinde hi opprobriis ac pœnis, illi uero honorib⁹ premiisq; affecti fuerunt, ut horū exemplo a uitiis exterreant, illorum ad uirtutē incendantur, Proderit etiam æquales eorū cum quid peccauerint grauiter accusare, contracq; cum laude dignū aliquid egerint summe probare atq; cfferre, cū quib⁹ cum emulatio esse soleat, ita laudari eos audientes, ut pares cōsequi laudes mereantur, ad uirtutē excitabunt, uituperationibus aut̄ deterriti uitia a qui bus illas intelligent emanasse exhorrescent. Erunt & aliorū honores propter bene merita quæsiti ante oculos filiorū ponendi, nam excitat nō parum animos nec leues ad imitandū insigit aculeos publica quæ conspici alienæ uitutis gloria & exaltatio, contra quoq; curandū erit ut turpium hominum intueantur aliquando quæ illos sequunt opprobria, sicuti seruorū temulentorum (qd lacedemonii in coniuuiis faciebant) non quo aliena miseria quæ magis cōmiseranda est delectari debeamus, sed q̄ aliorū dedecora plurimū exterrant, plurimūq; animos ea conspiciēt auocent a turpi uita, quā semper illa comitari solēt, Qua rōne magnū etiā adiumentū p̄stabit si ad supplicia q̄ de grassatoribus & sicariis ac aliorū criminū reis sumūt aspiciēda aliquā mittantur, insuper & cura adhibebit ut ab extraneis quorū grauis sit auctoritas ad uirtutem plæruntq; exhortent, ac cum deliquisse deprehensi fuerint acriter increpēt. Extraneorū em̄ admonitiones maiorem s̄epius q̄ domes ticorum in componendis moribus corrigidisc⁹ peccatis uim habēt, quin & ab ipsis æqualibus suis atq; a seruis etiam permittendū erit, ut male eorū dicta ac facta aliquā exprobrentur, qd & Monicæ cuius optima nos educa tio h̄c scribere impulit profuisse admodū sub primis annis suo loco infra dicemus. Ante omnia qd a principio præsentis operis admonuimus, ita se ab

# PRIMVS

omni labore criminis mūdos conseruare studeant parentes, ut nūihil qd turpe sit conspicere conspectumq; filii imitari possint.

¶ Quo pacto corrigendi & admonendi sint iuuenes, nec eorum recitandam esse sententiam quæ eos acrius cedendos arbitrantur demonstrat. Caput undecimum.

Ecce obiiciat quisq; multorum tam gentilium (quorū e numero extit Chrysippus) q; sacrorum etiam scriptorū auctoritate certa probetur cedendos esse filios senserint ut libuit, & nos etiā maiorū nostrorū nec quidem cōtemnendorū auctoritati innitimus, Sed audiamus sacra uerba. Qui diligit filium suū assiduat illi flagella, ut letetur in nouissimo suo, & nō palpet proximorū hostia, equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps, lacta filium & pauentē te faciet, lude cum eo & contristabit te, ne corrideas illi, ne cōsoleas & in nouissimo obstupescet dentes tui, non des illi potestatē in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius, curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera illius dū infans est, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. His subiūgamus alia. Qui parcit uirgæ odit filium. Item uirga atq; correctio tribuit sapientiam. Puer aut qui dimittitur uoluntari suæ confundit matrē suam, & cætera huiuscmodi que tam nobilita q; sancta quis unus improbabit? Sed quandoqdem de sacris scriptoribus agit haud abiiciendū est etiā quod Paulus (cuius nec minor est auctoritas) dum ephesios docet ita inquit. Et uos patres nolite ad iracūdiā prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & corectiōe domini. Item quod Colossenses instruens alio loco scribit. Patres nolite ad indignationē prouocare filios uestros, ut non pusillo animo fiant. Quo circa fortasse parentes cōsiderare debebūt in filiis ut quisq; uel ad uirtutē uel ad uitium inclinari magis uidebitur, nam si tam liberale sit ingenium pueri ut sua sponte uirtutis & literarū amore capiatur, sit ueretur, sit maiorib; suis audiens, sit erga æquales suos mansuetus, non refugiat labores, laudem non aspernetur, erret aut aliquādo aut perperam aliquid agat. Necq; est em̄ quisq; tam grādis natu tamq; sapientia præditus quem non peccare aliquā contingat. Dicat mihi qui cedendorū puerorū sententiam probat, dicat mihi insurgendū erit ne in hunc talem minis & uerberibus? & qd sacri illi auctores præcipiunt tundenda ne illius latera erunt; percutiēdus ue assidue uirga & flagellis; an potius (qd Paulus monet) timendū nō erit ne pusillo animo fiant? & quod nos supra docuimus, blande non potius erit ac dulciter corrēdus? nonnunq; etiam quid egerit dissimulandū, cæterisq; insuper quos ibi tradidimus modis utēdum. At ubi tam mala prauaq; sit natura puer, ut frustra secum dulci vlla correctione agatur, coartamur angustiis, cogimur pene illorum assentiri sententiæ, que forte non ab re etiam ita prolata est, qd populo illi hebræo cui ingerebatur conuenire admodum crederetur, qui cū duræ ceruicis esset, nisi is (qui summa ueritatem eff) falso locutus est duris non modo uerberibus sed fustibus quoq; ei opus uideretur fuisse, quorundam

# LIBER

tamen adeo saxeā (ut ita dixerim) mens est, ut quo magis uel reprehendantur uel uapulent, eo magis indurescant, quare nec tales quidē cedendos probare audemus. Qui aut̄ sententiæ huic repugnantes aliam sequi malent, illud saltem uelim sibi proponant Teretianum, ne quid nimis, aut si nobiscū sentientes rogent quo illos modo emendare melioreq; ad frugem reducere possimus. Scimus certe difficilimū omnium esse naturas hominū immutare, permixtisq; semel nascentium elementis aliam formā dare, sed ne illud quidem ignoramus nihil esse tam a natura insitum, qd non possit (non dico omnino) sed aliqua saltem ex parte corrigi, si ars modo & docta monitoris manus accedit, feras nouimus arte mansuetieri. Canes quos natura ad ingluviem prinos fecit, ita quidem instructisūt, ut cibo nisi iussi appropinquare non audeant, a quibus propter adhibitam eis magistrorū diligentia maniora etiam quotidie fieri cōspiciunt. Vrsos taceamus & simias, quorū multa q; huiuscmodi intueri licet, sed elephātos dicam, quis eos nisi experīetia demonstrasset domari unquā & sub iuga mitti potuisse qd tñ arte & ingenio hominū factum est credidisset. Leone aut̄ quid animo generosius; qd corpore fortius; nonne illum tñ quem nec minæ nec uis ulla potest catello uerberato ad idq; data opera parato doctus magister exterret. Magna nimis rum est ita humani calliditas ingenii, quæ naturę uires quas extirpare non potuit, mollierit tñ tenuioresq; s̄æpe reddiderit. Quæ res docet etiam parentes qui peruersę naturę forte filios habuerint, ut in corrigendis eis magna arte magnaq; sapientia utantur, utentur aut̄ si quæ supra tradidimus p̄cepta diligenter obseruabunt, quibus adiiciamus, ut quemadmodū uerberibus q; catello expertus educator infligit exterreri leonem tam immanē beluā modo diximus, ita curent quibus huiuscmodi filii contigerint in seruos quorū cædi proprium esse satis dictum est omnem & iræ & minarum & plagarū impetum effundere, quibus non secus ac leones prudentissimo consilio atq; solertissima arte magis exterrebuntur.

¶ Ad cognoscenda adolescentum ingenia  
summopere laborandum Caput  
duodecimum.

S Vmina uero ante omnia opus erit prudentia atq; mentis iudicio in cognoscenda filiorū naturā, discernendaq; varia ingeniorum īdole, ut in emendandis eorū morib; sicuti & in sanādis corporibus medici solent adhibeant cuiq; uitio atq; animi morbo contraria etiam correctionis remedia. Nam cum quatuor elementis constent corpora nostra, quorū quæq; diuersam uitam obtineant. Ignis nanc; feruorem, aqua frigiditatem aer humiditatem terra ariditatem innatam sibi habet, ita quod in quoq; corpore elemētum dominabitur magisq; abundabit, patescet etiam illi mores proprietates parem; naturam infundet, quod & in reliquis animantibus locis quoq; & regionibus accidere manifestum est. Inde fit ut in quibus ignis elementum proualeat iracundos,

## PRIMVS

aque remissos, aeris hilares, terrae tristes esse uideamus. Cautē itaq; prospici  
enda erit pueri cuiusc; natura. Sunt enim aliqui in quibus elucere uidentur  
suauissimi tanquā flosculi quidam futuræ per se summe excellentiſq; uitutis  
Ceterum timidioris sunt q; conueniat uerecundiorisq; ingenii. Alii intterriti  
audaces ac temerarii. Nonnullos uidebis loquaces & garrulos, alios deiectis  
in terram oculis, uix etiam cum iussi sunt loquentes, multos tumidos & ina  
niter glorianteſ, pleroſq; ueræ laudis & glorię appetenteſ, q; ſdā etiam animi  
abieciſſimi ac nihil propicium curātes, alios leues inconstātes uagabundoſ  
atq; alioſ etiā ſolidæ & integræ mentis. Sunt qui maiorib; parere indignā  
tur, ſunt & qui minorib; libenter obſequantur. Sunt qui laborib; & uigi  
liiſ non inuiti occupenſ, ſunt qui ignauia turpiter ac desidia torpeſcant. Sunt  
qui omniū quæ habent profuſiſſimi appareant, ſunt & qui tenacifſimi, qui  
bus nihil monſtroſius, ut quā nondum experti fuerint inopiam longe quaſi  
ea defecturi perimeſcant. Capiuntur quidam literis & bonis artibus, nonul  
lieas inuiſas habent, multis uitæ frugalitas, pluribus etiam uentris ſaturitas  
& ingluuies placet, aliqui mitis & māſueti ingenii, plures aut ad iram proni,  
alioſ pax quies & concors uita, atq; alioſ iurgia & contentiones delectant,  
Tanta est humanorum animorum atq; uoluntatū uarietas, tanta diſſentio,  
diuersi igitur in institutione filiorum modi adhiberi debebunt, Namq; alius  
inuerecūdo & audaci atq; alius timido & cui ad minima queq; rubore ora  
ſuffundūtur, hic em laudibus alendus ac muſculis ſæpius erit inuitādus,  
applaudendū nonnunq; atq; arridendum, cum illo aut riſu nunq; & blandis  
obiurgationib; ſed tristiore ſempre fronte minacioreq; oculo utendū erit,  
ne ſi contra obſeruetur langueſcat huius animus, proſternatur obtundaſ,  
ſummamq; tandem in desperationem deducatur, illius uero inanielata tu  
more mens geſtiat ſoluatur effundatur, nimiamq; in ſui confidentiam præ  
ceps deuoluatur, Præcipuum quippe eſt timori & uerecūdiæ obiectum lau  
dis remedium, qua uti aſſurgere ac bonam in ſuſpem adduci ſolent nobi  
les & bene compoſiti animi, ita immoderati & effrenes tumefieri magis &  
inſoleſcere, ac tanquam adauictum longis imbribus flumen excreſcere, quæ  
cum his peſtilentiſſimo ueneno cedat, ſaluberrimam illis medicinam afferre  
conſueuit, instar quarundam herbarum quas & iuuandi & nocendi ſimul  
uim habere cum a diuersis ſumuntur expertum, deniq; ut Gregorius Nazi  
anzen? ſimilem in modū docet, episcopos in correctiones ſubditorū multis  
laudari profuit, aliis uituperari, utraq; ſi in tempore proferantur, alioqui ma  
gis importune prolata nocuerunt, alioſ consolatorius ſermo correxit, alioſ  
increpatio, & aliis conuenit coram omnibus argui, aliis ſecretius commone  
ri, nonnulli etenim qui monita ſecretiora conteſtunt, erubescunt uerbo pu  
blico notari. Alii autem publice correpti impudentiores ſiunt, ſecretæ incre  
ptionis mysterium uenerantes, aliorum conuenit obſeruari omnia diligen  
tius & uſq; ad minima diſcuti, eorum præcipue quidam mala ſua arte qua  
dam celare ſe putant eriguntur aduersum ceteros & inflanti, aliorū oportet  
nonnulla præterire, & uidentes tanq; non uidiffe, & audiētes tāq; nō audiffe,

# LIBER

interdum etiam irasci debemus aliquibus non irati, & contemnere aliquos sed non contemnentes, & desperare non desperantes, quandoquidē ita uniuscuiusq; requirit ingenium. Eadem quoq; censemus obseruanda in aliis quōmodo contraria ingenia exposuimus. Porro singulis alia etiam adhibebuntur remedia, ut scilicet loquacioribus frequentiores turbas & cōuentus hominum, taciturnis solitudinem nimiam interdicamus. Alacrioribus tristem uultū, tristioribus alaciorem ostendamus, leuibus & uagabundis ne quid pro arbitrio agere concedatur, solidis & constantibus ne denegetur, industriis & laboriosis ut remissio s̄aepe detur & relaxatio. Segnes & ignavii ut ad exercitia frequenter ac labores impellātur. Tenaciores ne finantur peculia congregare, profusiores ne distribuendi paterni eris ullam habeant facultatē, ingluviosi ut lazieribus mensis instructioribusq; conuiuiis nunq; admoueant, sobrii & frugales ne omnino arceantur. Officiosis quietis manuetis ut multa quæ uel ad uescendū uel amiciendū uel conuersandū pertinent largiore manu permittantur. Indignabundis contentiosis iracūdis ne quid horum laxius affluentiusq; indulgeat. Prohibenda erunt illis magno studio q̄cunq; ad excitandā fouendamq; iram nata esse uidebunt, propter calecentia motū quodā eorum ingenia, quibus concitari facile acriusq; & acutius moueri uti & fœminæ solent, licet abundans magis humidi elemen̄ti uis nō diutius eos sinat uehementiusq; agitari. Virorū em̄ propter sicciam ætatem perfectūq; iam in eis calorem grauiores robustioresq; sunt iræ. Nō erūt permittendi cibos aut lauicius aut abundantius sumere, quibus non minus animos q̄ corpora intumescere & distendi contingat. Sed q̄ maxime ui no abstinebunt, tanq; maiore propter feruidam eius naturam irę irritamen to, quod Platonem & medicos præcepisse supra satis diximus.

¶ Blande ac benigne pro uniuscuiusq; ingenio liberī educantur.

Caput tertium decimum.

Hec itaq; monemus in educatione liberorū parentes obseruabūt, dulcius eos blandiusq; perpenso cuiusq; ingenio instituentes, quæ cum custodient, illius etiam quā retulimus sacræ sententiae meminisse eos oportebit, scilicet non lactandos esse non iudendū secum non corrigendum illis, aut condolendū, non potestatē dādam præsertim fœminis, quarū etiā maius agitur periculum, quibus & alio loco præcipitur nō esse ostendendā a parētibus faciem hilarem, Seruandū aut̄ esse corpus illarum, corruptiore ēm hæc animū solutiōremq; efficiunt, quæ a uiduis matribus maxime fieri consueuerunt, quarū propter modicam rerum cognitionē & experientiam indulgentior est q̄ par sit cura studiumq; propensius. Quare uana quadam & fœminea teneritudine si qua indoles probitatis, si qua imago generositas in filiis elucebit, si quid eis uirilis roboris inerit, cōfundunt extenuant minūntq; gaudentibus illis collætan̄, mœrentibus condolent, ridentibus aplaudunt, flentibus collachrymat̄, quin & lachrymas abstergunt, crebra insuper iungentes oscula, atq; amplexus petentibus nec denegant quicquā

## PRIMVS

recusantibus ac<sup>c</sup>quiescunt, cōquerentibus uel e<sup>c</sup>qualiū inūrias uel p<sup>r</sup>aecepto  
rum plagas fauent, ac tanq; seip<sup>s</sup>as lesas existimantes assentiuntur, licentia  
deniq; illis omnem quorūcūnq; uoluntas fuerit permittunt. Quid stulti?  
quid prodigiosius hac tanta (qua p<sup>r</sup>incipue matres uti solent) educandi faci-  
litate & indulgentia dici possit? quis ad corrūpendos p<sup>r</sup>endosq; filios apti-  
tior ullus modus excogitari queat? non immerito has tales admonuisse ui-  
detur sacra illa sententia, a quibus si uel Corneliae Gracchorū matris uel Eu-  
rydices illius Hieropolitanę quis barbarę quæ filios & moribus et literis p<sup>r</sup>-  
clare instituerunt uestigia obseruarent, melior certe eas institutionis suæ  
fructus maneret, q; qui iisdem etiam uerbis prænunciantur, non uiderent fi-  
lios proximorum hostia palpates, non pro eis postea pauerent, non contri-  
starētur, non confunderent, non obstupecerent dentes sui, non doleret ani-  
ma sua. Quorum si nobis electio p<sup>r</sup>poneretur, probarem<sup>r</sup> nimirū quod sa-  
cri auctores illi dixerunt cedendos magis esse filios, q; pestilentissimis blandi-  
ciis lactandos, licentiusq; potestati ac uoluntati proprię dimittendos. Necq;  
aliud credimus sensisse sapientissimos illos viros, qui sentētiam nostrā (non  
dubitamus) cum his simul tñ quæ adiecimus educandi p<sup>r</sup>æceptis & lauda-  
rent & approbarent, & tanq; digniore uerioremq; suscipiendā esse prædica-  
rent. Quare parentes ita caute & prudenter filios edacent, ut nec tanq; asel-  
los eos cædant, nec assentati unculis hisce ineptissimis tanq; catellos (qui deli-  
cierum causa tñ habentur) corruptant, sed media gradientes uia, nūc blā  
de nunc seuere ut cuiuscq; uel rei uel tpiis ratio uocat inoneant. Ita eis illi sem-  
per audient, ita morem gerent, ita erit eis illorum perpetuo uita dulcis atq;  
iucunda. Quos si contra nimia cum licentia eduauerint, ne mirent postea  
si delicatori licentioriq; uitæ assuefacti dent se ignauie & secordiae, coinqui-  
nent se omni labore turpitudinis, fiant eis rebelles, si tanq; equi indomiti (qd sa-  
cra docēt uerba) euadant duri & præcipites. Cogitent non in tenera modo  
sed grandiore etiā c<sup>tate</sup> q; perniciosi exēpli sint assidue palpationes & assen-  
tationes, id q; maxime uidere licet in magnis p<sup>r</sup>ædiuitibusq; ac principibus  
uiris, qui quo magis secundæ ridentisq; fortunæ fauore effeatur, eo magis  
etiam tumeant atq; insolecant, tum dedignent infimos quosq; & aspernet,  
ac quasi putere eos putent, contracta nare fastidian<sup>r</sup>, quos cum nemo repre-  
hendere nec dīgo quidē attingere audeat, omnes aut laudent atq; extol-  
lant, tam ualida est assentatorum pestis, eo deueniunt, ut que uel dixerint uel  
ægerint licere etiam sibi cuncta arbitren<sup>r</sup>. Quare p<sup>r</sup>æclarā est illa M. Cato-  
nis sententia in principio orationis quā dixit Rhodiensibus in senatu. Scio  
inquit solere plærifq; hominibus in rebus secūdis prolixis atq; prosperis ani-  
mum excellere, superbiam atq; ferociem augescere, Quod & facete pruden-  
terq; a poeta illo tetraasticho ostendit, S<sup>x</sup>pe rogare soles, qualis sim Prisce fu-  
turus. Si fiam locuples simq; repente potens. Quenq; posse putas mores nar-  
rare futuros. Dic mihi si fias tu leo, q<sup>u</sup>ralis eris. Discant igitur parētes salubri-  
bus sanctisq; monitis filios educare, discant a molliculis abstinere blanditiis.

## LIBER PRIMVS

subeant animū innumerabilia quę ex omni ferme angulo certatim sese offere  
runt exempla eorū, qui propter molliorē solutiōremq; educationē pessimi  
causam exitus filiis præstiterūt. Contra quoq; qui sevē sancteç; eos educa  
tos, ad summā laudē & gloriā euectos habuerūt, ante om̄ia ut ad eam ueni  
amus quæ nobis ista dissenserendi causam dedit. Ponāt ante oculos Augustini  
matrem, consyderent quibus illa uel instituta est uel filiū etiam rationibus  
instituit. Nam præter diligentia matris sub disciplina famulę cuiusdā enutri  
ta fuit, quę cum esset & natu grandior, & prudentior quoq; ac uitæ eximia  
sanctitate prædicta, non asperioribus eā plagis cedens aut ineptioribus blan  
diciis deliniens, sed moderata sobria diligentiaq; semper utēs emendatione  
tam egregiis illam tāq; sanctis moribus eduauit, qualibus postea p omnē  
ætate summa cū laude atq; admiratione (ut supra exposuimus) semper ex  
celluit. Nimirū taliter illa instituta filiū postea nouit pari instituēdi mō necq;  
austerius necq; blādiq; par esset admonere, fuit quidē a primis annis Augu  
stinus & ueræ pietati infensus, & turpi libidine corrupt⁹, sed qui tñ talis esset  
& patris exēplo & equaliū suorū pessima cōuersatione, cōtra illū pia mater  
& ad pudicitię & ad ueræ fidei pariter amore sedulo exhortabat, saluberrī  
misq; monitis assidue inuitabat, cuius p̄cipuū est illud ac memoratu dignū,  
q; cum pater eū in balneis (ad quę ducēdos filios supra prohibuimus) uidil  
set pubescentē, & inquieta induitū adolescētia (ut ipsius uerbis utar) quasi iā  
ex hoc gestiret in nepotes, gaudēs matrī indicauit, at mater cuius in pectore  
iā inchoauerat deus tēplū suū et exordiū sancte habitationis suę exiliuit pia  
terpidatione ac tremore, & q̄uis nondū fideli suo timuit uias distortas, mo  
nens eū secreto cum sollicitudine ingenti ne fornicaret, maximeq; ne adulte  
raret cuiusq; uxorē, ita filium mater & sapienter & sancte admonebat. Sed  
pter hęc qđ & supra docuimus ut p̄ alios etiā admoneret magnā curā adhi  
bebat, si quos forte ad erudiendū eum atq; ab erroribus retrahēdū idoneos  
inuenisset, p̄cipue aut̄ id egit cum antistite quodā, quę cum enutritū in ecclē  
sia & exercitatū in sacrīs librīs intellexisset, rogauit ut cum filio colloquere  
refelleretq; errores eius, qđ cū recusasset & prudēter sane, q; indocilis adhuc  
uideret, propter inflationem nouę manicheorū hēresis suasisset, ut pro eo tñ  
deū rogaret, speraretq; qđ & sibi alias cōtigerat legendo p̄ se repturū eū q̄s  
ille esset error & q̄ta impietas, nolēs aut̄ ipsa acq̄escere, sed instaret magis ro  
gans & ubertim lachrymans, ille iam substomachans tedio, uade (inquit) a  
me, ita uiuas fieri non potest ut filius istarū lachrymarū pereat, qđ illā ita se  
accepisse ac si de cœlo sonuisset, solitā quoq; s̄pē sibi dicere Augustinus re  
fert, huius igitur matris (quā ante oculos ponēdā oībus nō immerito ante  
monūmus) tā singularē in emendatione filiorū moderationē atq; prudētiā  
tā sedulā curā tā piā sollicitudinē studiosi parentes sequant̄, necq; aliā ac in fi  
lio pubere gessit puero etiā adhibuisse existimēt, quā cū imitari (ut toto eos  
studio facere p̄stat) proposuerint, non tā q̄s filio ipsa tradidit q̄ q̄s ab altrice  
etiam uiuendi mores sanctissimāq; monita suscepit mirari atq; complecti  
conuenit.

## LIBER SECUNDVS QVOMODO LITERIS ET BONIS ARTIBVS

pueri instruendi sint capitulum primum.

h

Actenus qualiter ad mores componendi sint liberi differuim⁹,  
nunc conuenienter quō literis ac bonis artibus instruendi erūt  
dicendum a nobis uidetur, Quare hic animū adhibeant, atq; in  
erudiendis filiis totos hic ingenii neruos parentes intendant.

Nam si tanta cura & anxietate cumulandis opibus augendisq;  
patrimonii instant illorū causa, quanto maiore eos incumbere oportet ut li-  
terarum ac bonarū artium longe digniores preciosioresq; illis thesauros re-  
linquant, quippe cum hæ certæ perpetuae stabiles, illæ uanæ momentaneæ  
fluxæq; sint, atq; hæ delectent solenturq; omnē ætatem, sintq; (qd Aristote-  
les dixisse fertur) inter prospera ornamentū, inter aduersa refugium, contra  
perpungant illæ instar spinarum, uexentq; ac amarissimas sæpius generent  
curas, & cum deperierint magno eos a quibus possidebant cum contemptu  
ac ludibrio derelinquant, Hortentur quoq; hæ ad uirtutē plurimū atq; incē-  
dant, illæ uero (ut Possidonius aiebat) malorū sint omnium causa & irrita-  
menta. Has necq; expilare fures necq; eripere hostes, necq; uis tillā maior aut in-  
cendii aut tempestatis auferre queat, Illas nunc potentiū hominū concussio-  
nes, nunc latronum incursus, nunc bellorū impetus, nunc uorax maris uo-  
racionq; etiam fœneratorū abyssus diripat. Quare uerissimū Neronis illud  
ad Senecam magistrū suum responsum licet simulatiū fuit, cui multa & ma-  
gna quæ ab eo suscepereat dona cōmemoranti ita dixit. Ratione cōsilio præ-  
ceptis pueritiam deinde iuuentā meam fouisti, & tua quidem erga me mu-  
nera dum uita suppetet eterna erunt, quæ a me habes horti & fœnus & uille  
casibus obnoxiae sunt, Egregiū etiam illud Stilponis megarensis philosophi  
memorat, qui cum capta deletaç; funditus a Demetriourbe, amissisq; libe-  
ris & uxore interrogaretur, nunquid damnū inde ullum passus fuisset. Nu-  
lum omnino respōdit, q; ex uirtute nihil unq; bellum auferre posset. Nec dissī-  
mile huic aliud Biantis Prienæi fuit, cui cum euerfa itidem patria abeūtiua  
cuo diceret quispiam, cur non aliquid saltem bonorum suorū secum ferret,  
ego (inquit) omnia bona mea mecum porto, literas & sapiētiam significās.  
In quo pulchrum est qd nos admonet Aristippus ille philosophus socrati-  
cus, quem cum naufragio facto ad rhodiēsiū littus uis tempestatis eiecisset,  
cōspexissetq; descriptiones quasdam geometricas exclamasse tradunt, co-  
hortatumq; comites fuisse, ut bona spe essent, q; hominum uestigia uideret,  
quorum fiducia erectus statim oppidū simulq; gymnasium petiit, ubi cū mul-  
ta de philosophia elegantissime differuisset, amplissimis eum donis rhodien-  
ses ornauerunt, quibus non tam sibi q; comitibus etiam ad omnia eis necessa-  
ria abunde subuentum est, ad q;s et parantes denuo domū redire rogantesq;  
quidnam patriæ referre eis mādaret hæc ita renunciate ait, tales liberis opes  
taliacq; uiatice paranda esse, quæ naufragiū etiam passos' p̄flos simul enādo  
sequerent, O dignā philosopho uocem O q; parentes merito omnes audire

# LIBER

auditamq; perpetuo custodire debeant, Cuius fuit & aliud prudenter di-  
ctum. Rogatus em quid differret sapiens ab insidente. Mitte ait ambos nu-  
dos ad incognitos, & disces. Sed quid & alter theophrasticus Aristippus di-  
xerit, praetereundū non est, datum omnibus solum neq; in alienis locis pere-  
grinum, necq; amissis familiaribus & necessariis inopem amicorū, sed in omni  
ciuitate esse ciuein. Difficilesq; fortunę sine timore posse despicer casus, at q  
non doctrinarū sed fœlicitatis præsidiis uallatus esset, lubricis itineribus va-  
dentem non stabili sed infirma conflictari uita, Quanq; haud fœlicitas vlla  
putanda sit quæ uirtute & literis careat, quæ ingenuis non sit disciplinis or-  
nata, nam neq; diuinitæ & opes (quas modo diximus) necq; corporis ualetu-  
do aut robur necq; generum claritas, necq; gloria qua nihil inanius esse The-  
ophrastus dixit, necq; formæ elegantia, quam idem quoq; tacitā deceptionē,  
Bion alienū bonū, Socrates uero modici tpiis tyrannidem appellauit, beati  
cudinem ullam afferre possunt, quæ infirma magis oīa atq; instabilita sunt,  
Sola aut quæ constans semp æternaque permanet fœlicem hoīem reddit uir-  
tus bonarūq; uirtutū institutio. Cui cōuenit quod Socrates rogatus an Per-  
sarum rex fœlix sibi esse uidere, Nescio (inquit) quantum ualeat uirtute &  
doctrina Eas igitur filiis diuinitias parentes parabunt, quæ non uanæ, inanes  
atq; fugaces existant, quas non fortunæ uis ulla queat adimere, sed quæ cū  
animis mentibusq; coniuncte nullo deficiant casu, perpetuocq; duraturæ sint  
tempore. Quæ si crassiores quidam non multum forte æstimabunt, at ne  
saltē id cōtemnant, quod Aristippus rogati cuidam quonam melior euā  
surus esset filius, si erudiret respondit, & si nulla alia re certe uel in theatro nō  
sedebit lapis super lapidem, illi uero si ita ut diximus filios erudire curabūt;  
honorabiliores etiam (quod Aristoteles dicebat) erunt q; sieos solum genu-  
erint. Qui em genuerint uiuēdi tm, qui aut erudierint bene etiam beateq; ui-  
uendi auctores esse cōstat, qd adeo magnifecerunt Athenienses, ut poetarē  
quidam antiquorū dixerint, ideo se dignos eos laude arbitrari, q; cum oīm  
gr̄corum legib; cogantur parentes a liberis ali, Atheniēsum non omnes  
nisi hi qui liberos artibus erudit̄.

¶ Quomodo pueri a preceptoribus erudiendi recta uia

## Caput secundum.

Vibus cum tanta promittant, nemo est quē non maximam in erudi-  
tione filiorum operam dare oporteat. Quo recte aut modo sint eru-  
diendi (id quod ad nos pertinet) quantum pertenues uires nostras li-  
cebit absoluem⁹. Principio igitur qd & ab antiquis preceptū est, cū septimū  
ad aīnum peruererint, tradendi erunt magistris, necq; ad maiores differant  
annos, aptior est em tenella illa ætas quæcūq; ei imprimūtur, quemadmodū  
& molles c̄rē sigillorū uestigia perpetuo fixa retinere. Curabunt aut pru-  
denter ne multo discendi labore eos subito grauent, quod & aratores eqrūq;  
domitores consueuerunt, dum hi equulos freno, illi iuuencos iugo assuefa-  
ciant, Ne ue in scholis assidue cum ceteris morari cogāt, sed spectatores ma-

## SECVNDVS

gis disciplinarū quas pcepturi erunt q̄ discipulos sibi suscipiant, quod & in nouellis uitibus docti uinitores faciunt, quas ne uis earum extenuetur, non multum ad producenda uina curant extendere, donec in solidiorem stirpē durioremq; succreuerint, Proximum erit ut cum firmari magis eorū animi cōperint, in publico quo cæteri conuenire pueri solent auditorio doceātur, non domi (quod aliqui crediderunt) sub priuati præceptoris cura habeant, nam & a muliercularū seruorumq; conuersatione domesticorum quoq; ac sordidorum persepe negociorum aspectu magis segregabuntur, & a solitaria auertentur uita, quæ maxime illi etati timenda est, ne quod plæriscq; contingite deueniant, ut conspectibus hominum quasi umbris quibusdam ac ueluti ex abditis educati locis deterreantur, quæ picea tanquam macula grantiores postea etiam annos sepius comitatur, Præterea, alter alterius si in scholis erudiantur melius exemplo atq; doctrina proficiet, Huīus nanc; laudata uirtute excitabuntur, illius reprehensis uitiis exterrebūtur, atq; ita uel spe laudis, uel metu obiurgationis meliores euident. Cauendū erit ne mutatis sepius præceptoribus diuersas ad scholas erudiendi mittant. Nam non minus ingenia q̄ plantaria ubi plerunq; transferuntur aut uina ubi in alia uasa transfunduntur ledī atq; detrimentum pati contingit.

¶ Neminem patre diligentiore in educatione liberorū ipsosq; ad celebres & optimis refertas præceptoribus urbes mittendos ostendit

### Capitulum tertium.

Ost hēc ad monendi sumus ne extra domū aut patriam sub aliorum cura alendos edocendosq; liberos dimittamus, nam cū nullus sit infilios intensor q̄ parentū amor, ueri etiā simile cuiq; uidebitur, neminem eorū diligentiore curam quā ipsosmet a quibus geniti sunt esse habitur. Quare uetus & perfacetum illius dictum memoratur, qui rogat quid equū magis pingue faceret, oculus domini respondit. Quanq; propter molliorem educationē, nimiamq; indulgentiā (quæ per delineamenta muliebria seruorūq; assentationes frequenter accidunt) adeo sepius resoluunt, atq; effluunt, ut satius sit eos apud extraneos in aliis ciuitatib; alegare, ubi & minus sibilicentiae assument, & magis pro arbitrio cuncta facere erubescunt. Quod ubi prudens pater familias animaduerterit, caute prospiciet & famā & mores & amiciciam, cuius filium fidei cureq; cōmittet, ne cum carybdi eum liberasse crediderit, in scyllam stultius inconsultiusq; præcipitet. Cauabit quoq; ne in oppidum aliquod (quod sepe numero fit) ubi nulla dignitas morum, nulla habitatorū generositas, & elegantia habeatur eum transmitat, neue in ullam ciuitatem cuius incolas fama sit perniciose alicui uitio, & quod maxime illi etati noceat deditos inclinatosq; esse. Sunt enim ut hominum ita & ciuitatū a natura insita singularia quædā ac propria ingenia, quibus ducentibus suum quæq; uitiū sequi atq; (ut ille ait) suos quæq; pati manes ciuitas cogitur. Tanta aut̄ est uis consuetudinis ut non alios a cæteris in quauis uel nati uel enutriti fuerint ciuitate obseruari mores cōspexerint su-

scipiant etiā pueri, suscep̄tosq; perpetuo retineant. Quare Zenophilum Pythagoricū dū rogaretur quo pacto filii egregie erudiri possent, recte respondisse legimus, si ex bene instituta ciuitate nati essent. Quæ cum in seruis plurimum posse scribat Vlpianus iurisconsultus, quis non parē uel maiorem in ingenuis etiam uim habere existimabit; inquit em̄ qui mancipia uendūt, nationem cuiuscq; in uenditione pronunciare debere, q; plæruncq; natio serui aut prouocet aut deterreat emptorē. Iccirco interest nostra scire nationē. Præsumptū nanq; est quosdā seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamati, quosdā malos uideri, quia ea natione sunt quæ magis infamis est. Qui uero paruo quopiā oppido orti fuerint ubi eruditoriū magistrorū non oppido facultas habeatur, probandū est ut ad celebres doctisq; præceptoribus refertas urbes mittātur, quemadmodū & Augustinus (quē non satis repezere possumus) a Cagathensi municipio unde ortus erat admodū tenui ad Madaurensem uicinā urbem ac mox Carthaginē missum se a parentibus suis magna cum eorum impensa ac omniū admiratione attestat. Sed ubi q; infirmiores primæ ætatis annos excesserit, etiam si celebri in ciuitate natus sit, non pigeat inquit ad Demonicū scribens Isocrates lōgum iter proficisci, ad audiendos eos q; doctiores habeant. Turpe em̄ esse ait mercatores tot & tanta maria pertransire gratia augendæ rei & substantiæ, iuniores uero terrestres uias cū longiores fuerint non posse ut doctrinā uberiorem assequāt libenter ferre. Cura etiam nō mediocris erit habenda (si per facultates licet) ut pædagogi pueris adhibeant, ac tales quidem, quorum doctrina uita quoq; & mores publico testimonio commendent. Cauendū sed q; maxime erit a fœtidissimis quibusdā hircis, quorum curæ non magno sine periculo tenelli adhuc hedi committent. Mirum est em̄ ut nō tam doctrinarū pcepta quam morum etiam exempla ab his sub quorum custodia positū sunt pueri hauriāt firmissimeq; teneant. Alexandrū illum magnū tradunt q; a Leonide pædagogo suo & morum & incessus etiam uitia puer acceperat, nunq; a se delere potuisse, laudant autem omnes quā Alexātri ipsius pater Philippus dum natum illum sibi intellectisset ad Aristotelē hisce uerbis epistolā scripsit: Filium mihi genitū scito, quo equidem diis habeo gratias, nō proinde quia natus est, q; pro eo q; eum nascicōtigit tibis uitæ tuæ, spero em̄ fore ut edocetus eruditusq; a te dignus existat & nobis & rerum istarum susceptione. Proderit quoq; cōdiscipulorū quēpiam eruditiorē filio docendo præficere, qui & magis idoneus uidebitur, si domesticus aut sanguine iunctus, aut frater etiam germanus fuerit, qd sapienter faciunt patres quidā familias, qui filios minores natu maioribus erudiendos committūt, quæ res summā parit utilitatē. Nam & minores maiorū doctrina melius celeriusq; proficiunt, & maiores quæ ante didicerunt efficacius memoriae cōmendant, assequuntq; illud insuper qd in re familiari non parui ponderis esse iudicamus, habentur em̄ a minoribus maiore in ueneratione, timenturq; instar patrum, oriturq; proinde (quā rarā Naso esse dicit) firma quæ inter eos ac concors semper.

## SECVNDVS

gratia perseuerat. Non erit etiam contemnendū ut parentes ipsi cum e scho  
lis filii redierint, p̄edagogorum uicem supplentes repeti ab illis ea iubeant q̄  
interdiu a magistro didicerunt, qđ indoctum quendā patrem scio fecisse, qui  
tanq̄ longe omniū quae se coram recitarent gnarus esset reprehendebat s̄e  
pius fillum, atq; eo animū illius adducebat, ut solicitius doctrinæ percipien  
dæ instaret, ne a patre quem eruditū existimabat ulla parte reprehendi pos  
set. Sed & cōferet plurimū domesticus q̄ intra priuatas domos habet latine  
loquendi usus. quēadmodū scribit Cicero de Curione illo, q̄cū literarū ad  
modū nihil sciret, indoctus oīno ac rudis ut nec poetam nec oratorem ali  
quem unq̄ legisset, latine tñ non pessime loquebatur, usu tñ aliquo domesti  
co. Nam magni interesse dicit quos quisq; audiat quotidie domi, quibus cū  
loquatur a puero, quemadmodū patres p̄edagogi matres etiā loquantur,  
affert eiusmodi quædam exempla sed pr̄cipue Cornelie matris Gracchorū  
in cuius sermone egregie educatos filios ex literis quas illis scripsit appetet.

¶ Docet maximam curam adhibendam in diligendis  
præceptoribus capitulum quartum.

Agistrorum uero a quibus publice edocendi erunt diligendorum  
curam maiorē etiā habere oportebit, ut qđ de p̄edagogis diximus  
graues sint in primis liberiq; ab omniuitæ crīmine, dehinc egregie  
docti, nam quemadmodū nutricum quanto purius incorruptiusq; lac fue  
rit, tāto infantum qui eo alunt ualetudo magis atq; robur adiuuatur, ita hi  
quo electiores literas & mores habuerint, eo etiā disciplinis firmiora relin  
quent probitatis & doctrinæ altius demum surrecta uestigia. Nec dubitan  
dum erit quin a principio præstantissimus illis doctor eligatur, licet ad im  
buendam rudē adhuc ætatem mediocriter etiā doctus quisq; ac gregarius  
sufficere uideatur. Nam quo eruditior fuerit, eo faciliorem clarioremq; do  
ctrinam ministrabit, quæ puerorū maxime nutrit ingenia, iacent etiā in eis  
certiora literarū ac rectiora fundamenta, quæ non aliter ac iacta fuerint per  
petuo secum sedebunt atq; infixa perdurabunt. Requirenda est aut̄ ita p̄ce  
ptorum eruditio, ut discipulorum tñ nimia multitudo fugiēda sit, nam mul  
titudinem docendi difficultas, difficultatē negligentia, negligentiam despe  
ctio, atq; hæc cuncta omnis demum & t̄pis & æris sequitur perditio. Euīcan  
dæ igitur erunt scholæ q̄ nimio discipulorū concursu frequentent. Neq; em̄  
facile quiuis etiā eruditissimus magister ubi numerosiore q̄ ferre queat di  
scientium gregem habuerit satis unquā omnibus facere atq; uacare poterit.  
Præstabit quoq; eruditores eis præficere placidi ac mitis ingenii, nam pr̄cep  
torum inhumanitas atq; (ut ita dixerim) ariditas maxime impedit profe  
ctum, qui ad literas in ea ætate fit, imitant̄ etiā facilime pueri mores quos  
in maioribus suis assidue conspicunt, in quo pr̄clarum illud est quod apud  
Platonē educatū puerum ad parētesq; postea reductū cū sublata uoce excā  
descendentem conspiceret patrem dixisse ferunt nunq̄ hæc apud Platonē uidi,  
Casoni fuit p̄edagogus Sarpedon homo comis atq; urbanus, & qui uerba

# LIBER

magis quæ uerbera in promptu haberet, quod illi admodum ad literarum morumq; rationem profuit, parebat ei Cato, faciebatq; omnia illius iussu singulas causas rationesq; ab eo efflagitans, ac tanquam diuinum quoddam oraculum eum obseruans.

¶ Probat Augustini exemplo amplissimā laborum mercedem  
præceptoribus persoluendam caput quintum.

Ebebit aut pater familias cum idoneum erudiendo filio magistrum dactus fuerit magnopere studere, ut eum habeat q; familiarissimū, ut frequenter eum in scholis uisat (si dignitas ipsius patietur) ut quantū profecerit filius uideat ipse aliqñ ac experiatur, Capietur em̄ his docētis animus, atq; ad diligentiorem cōmissi sibi pueri curam magis animabit. Quod in Paulo Emilio laudatur, qui cum relicta aliqñ re publica erudiendis filiis maxime intenderet, adhibens illis oīm disciplinarum præceptores, exercitationibus etiā in eorū ac studiis nisi aliunde necessario auocatus semper intererat. Plinius quoq; de se scribit dū amici cuiusdam sui defuncti liberis instruendis præceptorem quæsisset, in scholam s̄epius eorum causa redire, & illā dulcissimam etatem quasi resumere, sedere inter iuuenes ut iuuenis quondam solebat, atq; etiā experiri quantū apud illos auctoritatis ex studiis haberet. Prouidebit ante omnia ut donec s̄epius, ut p̄mia laboris sui uel amplissima uel debita certe illi p̄stet. Atq; hoc loco uehemēter indignari cogor contra stultissimos q̄sdam (quorum t̄pibus nostris non pusillus grex est) qui longe pluris agros & uineas iumenta quoq; ipsa faciunt q; filios. Namq; quo egregie colatur terra, putenturq; uites nulli parcunt impensæ, nullum refugiunt laborem, ipsos uero qui boues atq; equos curaturi erunt, magno sibi precio comparabunt, obseruabuntq; assidue diligentiam eorum, quos si aut negligenter aut imperitiis curam eis cōmissam gerere animaduerterint, uel increpabunt s̄epius uel docebunt, ac filiorū quibus nihil charius habere debet nulla omnino cura, ac si equis & bobus uiliores habeātur, ita ut nec erudientis eis magistros adhibeant, & si adhibuerint tanti illorum curam faciant, ut neq; colloquantur neq; salutem dicant, neq; salario unq; eis quæ tantis laboribus emeruerunt impēdant, & si impenderint, fortasse distorquent adeo & discruciātur, ut aut euelli eis dentes, aut erui oculos nemo non dixerit. O perditum, o impudens parentū genus, si tam hebeti atq; obtuso sint corde, ut filiorum causa nihil moueant. At saltē erubescant tam indigne atq; aiectæ tenacitatis immo (ut uerius loquar) rapinæ, quid em̄ aliud dum egentes homines tantis diu noctuq; laboribus discipulorūq; coersionibus insudantes mercede debita fraudent? Quid aliud q; rapinam ac tales quidem quam nec manifesti grassatotes cōmitterent exercent? quis uero non commiseratur eorum sorte? oīm certe aliarum laboriosissimam atq; durissimā, quos inquieti undiq; puerorū excursus clamoresq; assidue obtundunt. Qui ex sapientibus stultos & ex stultis (qd ille ait) insanos etiā facile efficere possent, Quid conquerūtur postea filios suos ignauos, segnes, proteruos, impro-

## SECVNDVS

Bos, a literis prorsus alienos; in prærupta quæq; uitiorū præcipites ire, nihil ingenuum generosumq; tentantes, uilissimum longe ac abiectissimū & qui non nisi seruis conueniat animum induere, quorum si erudiendorum curā ut parentes decet habuissent, non tam amaros ut sæpe gustare eos continuit male institutæ uitæ eorum fructus consequerentur. Quam recte eis dici posset, quod Aristippus cuidam, cuius cū filiū eruditurus quingentas dragmas postularerat, atq; ille diceret tanti se mancipiū emere posse, & me (inquit) & habebis duo. Aduertant Demosthenem quem tradunt cum relicitus a patre diuite esset, septem annorū tutorum male administratiū causa, non tam in patrimonio q; in literis (quibus negligenter imbutus fuit, q; præcepto ribus salario non persoluerentur) magnam iacturam fecisse. Attendant parentes, attendant discant aliquādo quicquid erudiendis filiis necesse erit larga manu impendere. Discant non tanti pecunias commodis eorum profecuras (quasi uiolenter ab eis rapiantur) æstimare, sumant ab Augustini nostrī parētibus exemplū, quo nullum certe memorabili⁹ præsentius ue afferri potest, ut intelligant quantū illi ad eam q; tanta cū excellentia literarū eruditōnem assūcius est parentum etiam cura atq; in iis quæ doctrinæ causa impendenda erant liberalitas profuerit. Audiāt quid de illis ipsemēt his uerbis scribat, in Mandauris uicina urbe iam cœperam literaturæ atq; oratoriæ percipiendæ gratia peregrinari, longioris apud Carthaginem profectiōbis sumptus preparabantur, animositate magis q; opibus patris municipii Cagathensis admodū tenuis. Quis enim non extollebat tunc laudibus hominem patrem meum; q; ultra vires rei familiaris suę impenderet filio q; quid etiam longe peregrinanti studiorum causa opus esset. Multorū enim ciuium longe opulentiorum nullū tale negotium pro liberis erat, tantā pro filio curā solliciti parentes gerebant, qui ut literas disceret miro uterq; quis diuerso ardore ferebantur, pater quidē non q; dei quicquam cogitaret, mater uero q; uti prudentissima ac sanctissima doctrinas ipsas ad cognoscendā sustinendā m̄q; catholicam fidem non modo non filio nocituras, sed nōnullo etiam ei adiumento futuras esse existimabat, ita se refert parentum suorū mores recolentem coniicere.

¶ Quonam pacto in tradendis disciplinis præceptores sese habere debeant: Capitulum sextum.

Ecce ita ut diximus parentes in filiorum magistris obseruabūnt, magistrī autē ubi cōmendatos eos sibi habuerint, non aliter ac filios omnī cura & amore prosequentur, nullum refugientes in erudiendis eis laborem, pro quibus cum perfectam ad eruditōnē euaserint, non minus gaudēbunt quam agricolē pro plantatis arborib; ubi dulcem edunt fructum, Diligēter igitur aduertant ut pensata cuiuscq; uel ætatis uel ingenii ratione, diuersa singulis ac omniū humeris æqua lectionū onera imponant, alia eminērūdioribus atq; alia robustioribus annis conuenient. Necq; eadem tardiorib; quæ & promptioribus ingenii adhiberi debebunt. Attendant etiam ut dd. iii.

# LIBER

(qd in corporū cibatione fit) que pro succrescēte cſtiusq; firmiore etate pau  
latim etiā firmior præstari consuevit. Idem q; in doctrinarū traditione re  
cipiat, nam ut lacte primo pueri dehinc mensis tenerioribus quibusdā cibis,  
demū durioribus etiā aluntur, ita leuia illis primo quædam rudimenta, post  
gradatim (uti anni augeri magis incipient) grauiora q; literarū præcepta  
ministrabunt. At tunc quidē ne segniter tēpus consumant, ad studiorē labo  
res tolerandos erūt inuitandi, dū anni uigent, dum ea ætas firmior nō lassa  
ri facile perferre aut omnī melius ac perseverantius potest, quæ moderate  
tñ sunt exigenda, ne nīmio studiorū pōdere grauatos corruere & qd supra  
uires conabunt̄ minus assequi eos cōtingat. Quæ uero superiore libro disse  
ruimus custodient, ut singulorū naturas caute animaduertent, animaduer  
ſiſq; conuenientia quibusq; remedia adhibeant, hēc eīm atq; cetera que parē  
tes in filiis obseruare docuimus, eadē & in discipulis p̄ceptores nō negligere  
uolumus. Quos ergo remissioris naturæ cognoscent, tanq; calcaribus qui  
busdā incitabūt, q; s aut cōcitatoris tanq; freno continebūt. Quod de Xeno  
crate & Aristotele Platonē dixisse ferūt, cū hic promptioris ille tardioris es  
set ingenii, cuius & de eisdē illud est memorabile qd dixit, cū equo qualem  
asiniū iungo. Quos etiā constantes studioq; assidue intētos, quos modestos  
obſequentes ac uerecūdos intelligent, hos molliblandaq; manu prosequāt,  
quos contra leues uagabundos, quos improbos, inaudiētes atq; audaciores  
cū his seuerius agetur. Abſtinebunt tñ ab inferendis plagis, qd & supra abū  
de satis explicauimus, qui si discipulorū errores & uitia ferre fortasse nō po  
terunt, cauebunt saltē ne plus q; grauitati eorum cōueniat excādescant auc  
ſeuiant, p̄ceptoris eīm (ut Paulus iurisconsultus ait) nimia ſeuītia culpæ assi  
gnatur, meminerint eius quē & supra memorauimus futoris, qui puerū dū  
monendi docendiq; causa forma calcei grauius ſeuītis percuteret, eluſcauit,  
pro cuius dāno lege aquilia eū teneri ac pati quicquid minus ex operis filii  
ſui propter uitiatū oculum eſſet habiturus, impendia quoq; quē pro eius cu  
ratione feciſſet debere Iulianus iurisconsultus tradit, Satius aut (qd & ante  
non tacuimus) p̄ceptores esse compositi & quieti animi, nihil ad iracūdiam  
prolabi, qua uti discipulorū uitia ſi qua fuerint indurari, ita uirtutes langue  
ſcere (ut ita dicam) ac decidere magis uident, instar ignis cui & illam Plato  
cōparat, dū ignē igni ſuscitari uetat, & nihil certe ſimili afferri pōt, nā cum  
eo ferrū solidius ſiat, at uirgulta certe & ligna exurunt atq; minuunt, ita ue  
ro mansuetiores erunt erga discipulos magistri, ut non diſſolutior tñ illis ui  
tē licentia relaxet, unde & contemptus oriri & naturæ ſi quid eſſet egregiē  
facile corrūpi posset. Proficient igitur magis pueri præſertim qui mansueti  
ingenii fuerint, ſi ſeuior austeriorq; ab eis disciplina remoueat, ſi eorū erra  
ta ſeptius diſſimulent, atq; ubi non diſſimulandū uidebitur, ſi dulciter emen  
dentur, ſi placido uultu corripiant, ne acrior eis reprehensio aut cōminatio  
animum imminuat, diſſidereq; de ſe ipſos cogat, ne ad qd ſpōte ſua egregia  
ſe indeoles attollebat, assequendi id desperatione demum defiant, & cuius

## SECVNDVS

summo ante amore flagabant, dolentes postea prostratiq; animo atq; refra  
cti odio habere incipient, atq; ita seueriorem disciplinam reformatio, re  
formidationem diffidentia, diffidentiam desperatio, desperationem dolor,  
dolorem negligentia, negligentiam deniq; odium consequatur.

### Pueros ad studia laudis amore incendi capitulum septimum.

**d** Illigens ergo præceptor laudibus magis alere studebit discipu  
los, necq; est em̄ quisq; tam miseræ abiectionis sortis, necq; ut ille ait  
tam cornea fibra cuiq; est, ut nō laudis & gloriæ amore capiat,  
uerissimum est quod Ennius inquit omnes mortales sese lauda  
rier optant, Quodq; Cicero confirmat, Honos ait artes, oēsq;  
incenduntur ad studia gloria, iacentq; ea semper quæ apud quosq; impro  
bantur. Nec leuem habet auctoritatem quod Ioannes Chryostomus dicit  
difficile esse neq; forte fieri posse, ut propriis quisq; laudibus non lætetur, id  
affirmans etiam se nescire si quis hominum hoc aliquando obtinuerit. Qua  
re pulchre Themistocles dum more græcię canere fidibus in epulis iussus se  
excusasset, totum illud iucunditatis genus aspernans, habitusq; proinde in  
doctor rogaret, quid ergo te audire delectat? Respondit laudes meas, Nō  
sunt igitur quod supersticiosi aliqui iactant omnino laudes fugiendæ, quæ  
plærunc; sunt etiam fomes quidam atq; esca uirtutis, calcar quoq; bene san  
cteq; uiuendi, quas & Augustinus noster ad Darium quendam potentissi  
mum principem a quo eximie laudatus fuerat scribens ita prodeesse sibi ait,  
ut erubesceret si quibus elatus fuisset carere se intelligeret, atq; ut eas cōseque  
retur magis inardesceret. Ex quo fiet ut quæ pueri in se laudari audierint, be  
nefactorum etiam suorum testimonio confirmare atq; augere magnopere  
enitatur, ne quid eorum quæ ægerint falso laudatum esse videatur, solidari  
em̄ ita saepius solent infirmiores anni, cum se a maioribus curari, magnis  
fieri intelligunt, dehinc ut ubiores quoq; assequantur amplior esq; laudes  
literarum etiam magis ac uirtutis studio sua sponte incendentur. Suscitabi  
tur præterea inter eos si laudabūtur honesta quædam emulatio, quæ & tar  
dioribus simul ingenii proderit, mouebiturq; alter alterius laude, addent  
animum commendationes aliorum, incutientq; stimulus, inflammabit glo  
ria æqualium, eminere inter laudatos pulchrum putabunt, superare etiam  
contendent, uincendi studio ducentur, uinci ab aliis aut criminis aliquo accu  
sari pudebit, erubescere non tam cum arguētur q; cum argui se etiam aliis  
inferiores timebunt, quibus nihil certe ad informandos teneræ & tatis mores  
aptius conuenientius ue esse potest, quibus & circa eorum disciplinam studi  
ð se magistri uti debent. Quod & Licon philosophus fecit, qui ut in educan  
dis instituendis pueris maxime idoneus fuit, ita eis necessario adiungi  
oportere dicebat pudorem simul & laudis studium, velut equis calcar  
atq; frenum. Quiduerius hac sententia; quid præclariusq;

# LIBER

Ego ita eam ueram ac preclarā affirmare audeo, ut nihil in tenerioribus annis quibus summa sub magistri cura eruditus fui senserim, qd ad percipendas magis literas profuerit. Solebat em̄ magister recolo ac recolens sepe rideo diuidere quasi in bellatorū acies discipulos inuicē disceptaturos, sub iudice eorum quopī qui doctior uidebat, atq; ubi probe conflictatū esset, qui fortius præstantiusq; pugnasset & laudibus plurimū efferre, & sedibus etiā dignioribus honestare. Id genus decertandī nō possum satis dicere quantū me (ne inferior aliis saltem iudicarer) uel ad sustinendā omnē uigiliarū studiorumq; molem (plusq; ætas etiam illa pateretur) incendebat, quātumq; incitabat, ut qui doctiores aliis uidebant imitarer, excellentioresq; sequens tardiores minime attēderem, qd Aristotelem postea legi dum rogaret quo pacto discipuli egregie proficeret respondisse, qd & in disciplina equorum a doctissimis uiris præceptū est, ut qui eximios præstantesq; eos habere uoluerint, ueteranos aliquos & generosos illis socios addāt, quorū exemplo et desidia minime marcere, & ardua quæq; subire, ad laborēq; ac laudis amorem excitari assūescant,

**T** Amore præceptoris atq; humanitate alliciuntur ad bonarum

artium studia liberi, caput octauum.

Ec quæ experientia magis q; præceptis didici si imitari uolent magistri, melius non dubito alia ulla docendi uia discipulorum eruditio ni consultū ibunt, affert em̄ modus docendi (ut ita dicam) artificum maximam discētibus doctrinæ utilitatē simul & celeritatem. Quare narrabo & alterius præceptoris mei artificiosiore erudiendi industria, quæ qm & laudis amore & pudoris metu pueros magis ad literas excitaret, eo convenientius & huic loco subiicienda est. Secundū itaq; mihi pater præceptorē adhibuit, nō q; primi doctrina aut cura aut mores illi displicerent (quē summo certe amore assiduaq; familiaritate conuictu etiā frequenti coniunctissimum habebat) sed q; ex Mediolanēsi urbe in qua educatus fui in aliam partiam cogente nescio qua rerum suarū rationē migravit. Traditus ergo fui seni cuidam (cuius me delectat memoria) propterea q; licet non multū doctus esset, summa tñ humanitate, morū simplicitate ac integritate uitæ extima præstabat. Mos erat sibi distribuere quasq; partes grammatices gradatim ab omnibus ut quæq; facilior percepī uidebatur ediscendas, assignare quoq; singulis singulas ubi consisteret pueri, atq; ut oratio cuiuscq; postularet, digniores etiā sedes, quicq; rite omnia perdidicissent, ad dialecticē deum transferre, ac tñ singulis eorum rudiores alios uel senos uel denos edocendos committere, id q; fieri uolebat palam cūcta eo circūspectante, postq; a docendi labore cessasset, dehinc ubi cōmendatos quisq; sibi discipulos profecisse p̄ceptori denunciaisset, celebrari iubebat examen circum sedente oīm qui iam edocti erant discipulorū corona, non aliter ac in gymnasīis iurisperitorum aut medicorū fieri solet, ibiq; qui periculū sui facturus esse rogabat, discutiebaturq; probe ab argutis ut sibi uidebantur iudicib;, atq; ut eorum

## SECVNDVS

Sententia quisq; probatus extitisset, præceptor idemū referebatur, cuius ex arbitrio postea an ad ulteriorē gradum prouehendus esset pendebat. Operè premium erat uidere quanto dedecori infamieq; ascribebatur, si ab ea ex aminis censura improbatus quisq; discessisset. Quare proinde uigilantius nemo non studiis suis insudabat, ut probari atq; ab omnibus laude dignus iudicari posset. Præter hęc (quod et in scholis iurisconsultorum postea obseruatū uidi) instituerat qui doctiores aliis erant proponere ante aliquot dies corollaria, quę die præfixo postea contra quosuis ea impugnantes defensuri essent, ea res nō paruū discipulis profectū afferebat, q; aīos ipsorū plurimū acueret, laudis q̄q; amore q̄ in eo certamine maxima illis proposita erat ad studia literarū magis animaret, diuersa erat hęc ab ea quā supra retuli pri mi magistri decertatio, sed utrāq; utilis admodū atq; ad laudis studiū cuius causa hęc dixisse uolui discipulos exhortās lōge atq; incēdēs. Ridebit fortas se q̄ sp̄ia q̄ hęc scribā multū a magnis grauibusq; uiris aliena. Sed age rideat dū modo iciat & ranarū murūq; pugnam Homerū elegantissime scripsisse, uberiorē quoq; ex ea quam multos qui bellum gigantum exposuere laudē cōsecutum fuisse. Quare cum de laudandis pueris sermo suscep̄tus sit, instabo etiam magis, ac alia quę mihi puerō sub eodem præceptore contigerunt non omittam, cum enim a primo doctore a quo iam omnia grāmati ces rudimenta percep̄eram transisem in secundi magistri disciplinā, ac pro p̄tē breuiores annos (nondum enim undecimū annum attigeram) uiderer ipsi ea quę minime ignorabam p̄ pudore ignorare, subticebā edocendus, ubi ille animaduertit et celeriter quę me docebat ediscere, & scite etiā prius quā doceret ad omnia quęsita respondere, admirari adeo cepit, & subdocentes ultro aduocans in admirationem secū duceret, & magna s̄epius ac p̄ clara de tanta ingenii bonitate (cum longe tamen falleretur) p̄predicaret, si neret multa proinde etiā mihi pro arbitrio licere, eius ego magistri amore atq; humanitate, illis ego laudib; allectus, ad literarū tantum studia incen sus fui, quantū si sub primo præceptore perstissem, sperandum de me nihil unq; prorsus fuisse. Erat enim asper rigidus iracundus, qui & diligentius me curare existimans seuebat s̄epius, plagis etiam ubi opus non erat nimis deterrabat, terrore deprimebat, solitudine constringebat, animum uix unquam relaxare permittebat. Ex illius itaq; disciplina tanquā e carcere quodā liberatus, atq; ad alterum humaniorem dulciorēmq; præceptorem translatus, mirum est q̄ erexi me animo, q̄ literis toti me dedi studio, q̄ laborem ultro oēm causa discendi suscepi, adeo ut etiam nōnulla iam ipse poetarum uolumina euoluerem, & carminis aliquid noui (ad quod mira ui naturae impelle bar) quotidie semper excuderem, nemine etiam docente, nec em erat quisq; eius negotiū gnarus. Ita profuit lenem blandum ac ipsius qualecunq; esset ingenii laudatorem admiratoremq; magistrum habuisse.

¶ Qualem se debeat discipulis præceptor exhibere  
Capitulum nonum

# LIBER

Xcitandi igitur discipulos laudibus præcipua erit præceptoribus cura, sed moderatis tñ ac talibus quidem quibus augent magis eorum animi, ac spem in bonā erecti, meliore ad frugem incendātur. Quare aliorum de eis in primis laudes quas dā uanas & populares quæ & ab eis quibus falso etiam sæpius & cum exultatione quadā licentiore fiunt auertere & propulsare curabunt, neq; em cuiusquam magis quam magistrī iudicio credere discipulum conueniet, a cuius ore etiam tanq; ab oraculo quodam semper pendere debebit, ipsi uero eos cum oportuerit ita laudabūt ut & aliorū multas quoq; laudibus reprehensiones immisceant, ita cōmendabunt ut & aliorū multo ampliores etiā commendationes referri posse cōmemorent. Ita probitatem ingenii extollant, ut in dolem quandā magis futuræ uirtutis portendere eos, quam perfectā iam uirtutē assūtos fuisse attestent, ne si immoderatus laudentur, inaniter gestientes effluant dissoluanturq; ac plus sibi q; pars sit falso de se iudicantes assumant, contendentesq; suas obnixe tueri sententias, mentientes q; sæpius ac se ipsos iactantes multa quæ uera non sunt contumeliose sibi arrogare minime erubescāt, qd in teneroribus facilius annis contingit, propter dominantem naturæ calorem, qui altioris eos cordis speiq; longioris reddit, quæ resuti omni ætati, ita illi præferim maximum affert nocentū, cum q; nulla sit maior perniciösiorq; deceptio, quā quæ in se ipsum cōmittitur, tum q; teneræ mentes quæ ad profectū literarū tantopere quasi ad stadium equi currentes enīuntur, dum ad qd tendunt se peruenisse decepti opinione sua arbitrant, in ipso conatu deficiunt, ac ueluti umbra quadam eruditii uncule suæ illusi frustrantur penitus atq; euaneantur. Quare qui recte regere discipulos uoleat, neq; austriore in eos obiturgatione, ne abiectius deprimant, neq; effusiore etiam laude utetur, ne altius q; sit plūmant, præfamenti efferantur, elati tumescant, tumefacti insolecant, ac tum obliti uirium suarū æquales etiā despiciant, deditigenit, odio quoq; nisi ei deferatur prosequantur, qd maxime in ea ætate præcauendū est, ne ita assuefacti perpetuo postea persistat, persistentesq; demū ingratii inuisiō omnibus siant, nihil est em qd grauius molestiusq; q; huiuscmodi hominū genus feratur, & q; mirabilis eius uitii uis est, cum quorūlibet scelerū consciū mutuo se amēt, nunq; tñ fieri potuit ut arrogans & insolens quis q; pari morbo laborantem amaret atq; sustineret. Ita ergo modice laudandisunt, ut laudis amore æquales suos uirtute & literis superare, non indignari illis aut irasci, aut odio infensos esse contendant. Talē in summa se exhibebit præceptor discipulis, ut sit austerus sine tristitia, comis sine scurrilitate, severus cum iucunditate, iucundus cum severitate, irascatur sed modice, obiurget sed non contumeliose, corrigat sed nō acerbe, dissimulet interdū sed cautijs, laudet etiā sed non profusius, blandiatur quoq; sed grauius, remittat sed non licentius, exhortetur frequentius, moneat sæpius, multa de honestate loquarur, multa de integritate uitæ proferat, multa quotidie quæ inter se discipuli discutiāt. Habet enim uiua uox nescio quid quod uberior pascat, sit assiduus, nō asper nec laborē, rogātes audiat humaniter, nō rogatus ultro ipse etiā oēs inuisiō.

## SECVNDVS

¶ De scribendi exercitatione capitulo decimum:

Ddi insuper debebit pueris exercitatio scribendi Tria enim legimus  
a Aristotelem dixisse pueris esse necessaria, quae & a Plutarcho memo-  
rantur, naturam, disciplinam, exercitationem, quorum quodlibet siquid ex  
his desisiit, perfectionem nullam habere potest. Naturam enim in omnire poten-  
tissimam imperiosissimam esse constat. Sunt uero quidam tanto ingenii acumi-  
ne & celeritate, quibus si diligens accedit disciplina, persistantes nimis euadunt  
uiri, de hac satis supra diximus. Sine exercitatione autem hec omnia non ali-  
ter deficere uidentur, ac sine nauigatione egregie quaevis fabricata egregioque  
gubernatore nauis instructa. Non omittent igitur exercitationem pueri, sine  
qua & Diogenes nihil dicebat in uita oīno perfici, atque eam omnia exuperare  
re posse, in quo etiam cōmodissime eo quod supra meminimus moderato ac casti-  
gato laudis studio excitabuntur. Emuero parum prodesset multa didicisse, nisi  
& per se quisque non nihil inuenire, cogitationesque suas apte exprimere, ac lu-  
culenter scriptis mādare sciret. Quare praeceptor assuefaciet discipulos semper  
aliquid scribere, nunc prosam, nunc carmen, miscenda est enim utriusque  
exercitatio, nam est & prosæ quædam que auribus magis dijudicari que uerbis  
explicari potest modulatio, quam & facilius procul dubio qui carminis con-  
ficiendi doctus extiterit assequetur. Illud quoque compertum est qui carminis se  
assuefecerint, prosa etiam oratione cum uoluerint recte scribere posuisse, noī  
contra, quod alterum naturam, atque alterum magis arte cōstatet. Proderit autem ut (quod  
Augustinus pueru sibi factitatē refert) proponant cuiuspiam elegātis poetæ  
uersus, quorum sententia uerbis solutis ac congruenter eā uestientibus in aliam  
formam transferri iubeatur, ubi uero quippiā ediderint, si quæ emēdatione  
indigebunt, ut locus quicunque exiget, aut mutabit, aut tolleret, aut his aliquid sui  
addet, aut denuo ea nonnunquam scribi mandabit, ipse quoque quæ imitari debe-  
bunt, tota atque integra saepius scripta dictabit, ostenderetque & uerborū & sen-  
suum rationes, ubi modus adhibendus, ubi ubertas exigēda erit. Quid res  
etiam quæcumque aut locus aut persona postulabit, laudabit aut quæ limate corre-  
cteq; ab eis scripta esse animaduerterit. Atque ita laudabit, ut & limatus etiam  
modo correctiusque ea scribi potuerint ostendat, quæ & pro ratione ætatis  
probare simul affirmabit, futurumque esse ut quæ nunc placeant, aliquā impro-  
baturus sit, ita & ad literas laudis studio magis animabunt, & recte de se iu-  
dicantes nimia ingenii sui confidentia minime extollentur.

¶ Ut pueri memoria multa amplectantur capitulum undecimum.

Rēter hec quod Diogenē in Xenidē filios quorū eruditior fuit fecisse tra-  
p dunt, assuefaciet eos tenere poetarū ac aliorum scriptorum dicta plu-  
ra memoriter, quæ imitationē eis promptissimam facilimā & ad nu-  
tum semper paratissimā præstabūt, quodque & ille faciebat, doctrinæ omnem  
rationem quæ breuius collecta ipsi insinuanda erit quo facilius memoria  
teneat ediscere. Quare adolescenti cuiusdam cū cōmentariola perdidisset, recte  
Antisthenē atheniēse dixisse ferūt, oportebat aīo ista magis quod chartis inscri-

# LIBER

bere. Cuius & illud non inelegans dictum memoratur, quo in aliū etiā adō  
lescentem ponticū usus fuit, quem cū in disciplinā suscepisset, rogatus qua-  
nam re illic opus esset, libro inquit nouo & stilo nouo nouacq; tabella, animū  
scilicet significans. Cui rei proderit frequenscum & quālibus de studiorū re-  
centiorum ratione disceptatio, quae non tam memoriā reddet firmorē quā  
linguā disertiorē. Adiuwabūtur q̄q; magis si quae didicerint alios docebūt,  
Omniū uero optinū esse uidetur qd & a Catone obseruatū fuit si q̄cunq;  
interdiu uisa lectaç; fuerint, sub noctem animo accuratissime repetantur, di-  
urniq; omnis studii tacita secum & diligens ratio exigatur. Ita ergo exercē-  
da erit memoria, quae sanctissima est uitæ humanae interpres, custos discipli-  
narum preciosissimusq; naturę thesaurus, ut non ab re a poetis etiam musa-  
rum mater fuerit appellata. Sed & magistrorū pr̄cipua debet esse hęc cura,  
ut a discipulis cuncta quę per exactā diem ueletiam per multos dies illi didi-  
cerint, diligenter audiant, ac tanq; iniunctę cuiusdam uillicationis rationem  
exigant, exemplo eorū qui apud indos gymnosophistę uocātur, qui cū nec  
proscindere solum norint, nec aruū colere, nec aurum colare, nec equum do-  
mare, nec taurū subiicere, nec ouem tondere, mirū tñ esse dicit Apuleius q̄  
sapientiā colant, & magistri senes & discipulissimū iuniores, nihil tam odio-  
habentes q̄ torporem animi & ocīi, ubi em̄ mensa posita est prius q̄ edulia  
apponant, oēs adolescentes ex diuersis locis & officiis ad dapse cōueniunt, tñ  
magistri rogāt, quid boni a lucis ortu ad illud diei fecerint, hic alius se com-  
memorat inter duos arbitrum delectū sanata similitate reconciliata gratia  
purgata suspitione amicos ex infensis reddidisse, itidē alius parētibus qui p-  
piam imperātibus obedisse, & alius aliquid meditatione sua reperisse, uel al-  
terius demonstratione didicisse, deniq; cæteri cōmemorant, qui nihil habet  
afferre cur prandeat, impransus ad opus foras extrudatur.

**¶** Quomodo pueros loqui oporteat caput xii.  
Odus q̄q; pueris adhibebitur, ne uellex tpe uel quasi diu p̄meditatī  
m̄ loq assuescat, hinc em̄ supersticiofa quædā sui aestimatio affectataq;  
sapientia, illinc leuis & uana garrulitas ridiculaç; ac intuere cunda te  
meritas innasci uidetur. Nec uero in consultū simul & pulchrum quicq; esse  
potest, qd in scribendi exercitatione maxime præcauendū est. Sunt em̄ quo  
rundā ita uelocia ingenia, ut nisi magna rationis moderatio succurrat, que-  
cunq; in buccam uenerint digna simul atq; indigna mirabili quadam celeri-  
tate atq; impetu scriptis suis coaceruent, sicuti ille qui (ut Flaccus refert) in  
hora ſēpe ducentos (ut magnum) uersus dictabat ſtans pede in uno, quem  
admodū & Apelles misero cuidam pictori dum imaginē quam ei ostende-  
bat recenter ac subito a ſe depictam gloriaretur, respondit & te etiam tacen-  
te quod dicas uerū esse intelligo, quin & multo plures huiuscmodi depictas  
a te esse non demiror, Quā uera certe est atq; animo ſemper ſigēda Catonis  
illa ſententia Sat cito ſi ſat bene. quam & crebro iactare Augustus ſolitus  
erat. Affirmans etiā id nihil minus imperfecto duci q̄ conſeftinationē ternerī

## SECUNDVS

tatemq; cōuenire, extemporalitatē uero licet ad eam aptus esset adeo tamē  
euitauit, ut neq; in senatu necq; apud populum necq; apud milites unīuerba  
fecerit nisi p̄meditat⁹, nec nisi scriptis sermones quos cum singulis grauiō  
res habiturus erat edebat, accomposita oratione, ne si extē ploraliter loque  
retur uel superfluus uel detruncatus esset.

¶ Quidnam obseruandum sit in scribenda oratione

### Capitulum tredecimum

Vare docendierunt sententiarū magis pondere q̄ uerborū inanīcre  
q̄ pitū chartas implere, aduocareq; ita sententias uerbis, ut ultro se tan  
quā ex locis ipsis natē admitti, postulari non uolenter tradi, ac qua  
si extero ab ore uenientes compelli uideātur. Verborū autem rationē ita ha  
bere, ut & ipsa ultro se offerant, ut apte sedeant, ut non nisi propria electa ac  
quę ab antiquis eruditisq; locutoribus obseruata sint recipiantur, docebun  
tur quoq; ut oratio sit leuis & pura, quod C. Caligula cui non minus in lite  
ris q̄ in moribus corruptum erat iudicium damnabat, adeo ut Senecam ap  
probans maxime diceret harenam esse sine calce, ut non affectata ac super  
sticiosius exquisita. Quod ita obseruauit Tiberius, ut quae ex tempore dice  
ret longe magis q̄ quę ex p̄meditato p̄stare putarentur. Ut emendata &  
tersa, ut uaria & figurata, ut ornata ac ipso uerborū splēdore illustris. Ante  
omnia uero (quae prima est eloquentiae uirtus) ut plana perspicua dilucida  
nulliusq; interpretis indigens auxilio. Quare discent uerba nō uno cōtextu  
claudere sed distinguere magis uariascq; in clausulas dispertiri, atq; ita alterā  
alteri coniungere, ut præcedenti sequens quadam quasi affinitate rite conue  
niat. Obseruareq; ita in omnibus ordinē, quo ubi cū ornatu coniungitur  
nihil apud animos hominū plus ualere dicit Cicero. Studebūtq; præcipue  
non tam uerbis uiri propriis atq; antiquis q̄ domesticis & usitatis, ne dum an  
tiquitati (quae mater ingeniorū est) deferre uolumus, non tam antiqua q̄ de  
crepita magis (ut ita dixerim) ac ab exterminatis abolitisq; iam retro lōge  
seculis euocata uideantur. Nec talia sint qualia uix ipse etiam Oedipus in  
telligat. Nam tanq; scopulū fugiendū esse infrequens atq; insolens uerbum  
præcepit Cæsar in his libris quos de analogia scriptos reliquit. Augustus  
quoq; abrogata & recondita uerba tanq; fetores (ut ipse appellabat) exhor  
tuit, fuitq; illi præcipua cura q̄ apertissimo sermone exprimere quicquid sen  
tiret, ut nulla ex parte inter legendū aut audiendū quisq; obturbaret, quare  
& Mecœnatem & Tiberiū carpebat, irridensq; saepius exagitabat, q̄ exul  
cata quaeq; & abstrusa uerba summo studio aucuparentur, Increpabatq; Marcum Antoniū ac tanq; insaniae damnabat q̄ ea scriptis mandaret, q̄ mi  
rari poti⁹ quisq; q̄ intelligere posset. Ad Agrippinam uero neptem scribēs,  
opus inquit est dare te operam ne moleste scribas & loquaris. Probauit ille  
nimirum genus eloquentię purum clarū dilucidum, putauitq; nihil perspi  
cuitate orationis apertaq; dictione præclarious, quę & ita placuit Epicuro ut  
nihil aliud monuerit in libro quē de oratoria composuit, licet contra Adri-

# LIBER

anus qd minime ei laudis ascribitur amauerit uetus tū obscurumq; genus dicendi, adeo ut Ciceroni Catonē, Virgilio Ennium, Salustio Celium pferret. Quā perfacete aut irrīsum tradit Cicero Sisennā illū, qui in usitatis libē ter uerbis utebatur, Nam cum in defensione cuiusdā causæ Crudiū accusatōrē dixisset quædam eius sputatilica esse criminatū, circūuenior (inquit Crussius) iudices nisi subuenitis Sisenna quid dicat nescio metuo insidias, sputatilica quid est hoc? spura quid sit scio, tilica nescio, maximū inde risus. Observāda aut oīno erunt, q; & in Marco calidio singulari laude Cicero prosequit, cuius reconditas exquisitasq; sententias mollis & pellucens uestiebat oratio. Nihil tam tenerū q; illius comprehensio uerborū, nihil tam flexibile, nihil qd magis ipsius arbitrio fingeretur, ut nullius oratoris eque in potestate fuerit, que primū ita pura erat ut nihil liquidius, ita libere fluebat ut nusq; adhæreseret, nullū nisi loco positum, & tanq; in uermiculato emblemate ut ait Lucilius structū uerbū uideres, nec uero ullum aut durū aut insolens aut humile aut in lōgius ductum, ac non nisi propria uerba rerum sed plērāq; trāsla ta, sic tñ ut ea non irruisse in alienum locū sed migrasse in suū dices, nec uero soluta hæc nec diffluentia, sed astricta numeris, nō aperte nec eodē modo semper sed uarie dissimulanterq; conclusis. Erant aut & uerborum et sententiārum illa lumina que uocant græci Χρυστα, quibus tanq; insignibus in ornatu distinguebat omnis oratio, qua in re agitur illud quod multis locis in iureconsultorum includit formulis, & ubi esse uidebat, Accedebat ordo rerū plenus artis, actio liberalis, totūq; dicēdi placidū & sanū genus, qd si est optimum suauiter dicere, nihil est qd melius hoc quærendum putas.

## ¶ Quo pacto uerborum uetus state uti debeamus capitulum quartum decimum.

Olenda uero erit summopere antiquitatis maiestas, ac tanq; religiosa quædā mater obseruāda, sed parce quidē & sobrie, ne qd supra diximus obsoleta iam ac per longiorē uetustatem neglecta & incognita queq; suscipiat. Initendū q; erit auctoritati maiorū eorum modo qui boni atq; electi extiterint, quorū commode si qua fuerint non obscuripra & uerba simul aduocabunt & sententię. Consuetudinē insuper certissimā dicendi ducē ac interpretē sequi oportebit, ut que doctorū hoīm consensus probauerit, ea tm admittant. Sed & ratio uerborū erit minime negligenda, que analogia constat & etymologia, nam qd supra de uerbis ipsis dictū est, ne obscurā sint & desita, de ratione eorū etiam idem iudicabit, ne n. nis exacte aut supersticiose ea deducere & interpretari doceāt, sed uti queq; planam expeditamq; originē habere uidebunt, ita deriuations eorū inclinationes proportionesq; accōmodare, ne Saturnum quia se saturat annis, Mauortē quia magna uortit, Neptunū a nando appellari putemus, & cetera eiusmodi que Cicero irridet in libris quos scripsit de natura deorū. Nullū em erit nomen quod (ut ipse dixit) nō possit una litera explicari unde ductum sit. Quod & Quintilianus in institutionibus docet, cuius iudicium vti in omnibus ita in

## SECVNDVS

hoc præsertim grauissimū atq; rectissimum uide, in qua re cum prisci mul-  
ti quos ille arguit, tum recētes q̄q; plures grāmatici multa ridenda magis q̄  
probanda introduxerunt, adducuntur ab eo damnantur q̄ pariter nōnulla  
eius generis exempla, quæ consultius omittens unū tamen nec contemnen-  
dum quidem afteram, quod nuper mihi accidit. Interrogatus em̄ a quodam  
grāmatico unde bucētoriū dici putarē, ea em̄ est nauis ad uehēdos magnos  
& potētes uiros fabricata, respondi illi in p̄mis nō bucentoriū sed bucētau-  
rum eam magis appellari, cunct̄ illico ille nō dubitare se diceret quin a buc-  
cis et centū corruptis detractisq; paucis literis descenderet, propter longum  
famulatum qui ad seruitia præstanta potentioribus semper necessarius est,  
offensus tam uana inceptaq; interpretatione, quam tanquam sibyllinum ut  
sibi uidebatur responsum protulerat, commemorauī ei quod apud Var-  
ronem legeram in libris quos scripsit de re rustica, a magnitudine enim bo-  
uum qui in italia erant cōsuetudinem factā fuisse inquit ut præposita hac uo-  
ce bu magnū quiddam semper enunciaretur, inde dici bulimiam magnam  
famē & bupædas grandes pueros, & uuam humammam siue bumasthon,  
& alia his similia ad magnitudinis rationem pertinentia, quod & nunc ob-  
seruant fœminæ in transpadana regione, quæ ad significandum ingens ali-  
quid & admiratione dignum prolatione eius uocis utuntur, Bucentaurus  
igitur quia principes & magni uiri ea uehi solent quasi magna centaurus  
priscoe illius uocis significatione appellata est, Centaurus namq; signum erat  
quod nauis imponebatur, expressum est autem hoc a Virgilio elegatiissime  
illo uersu, Centauro inuehitur magna &c. qui humiliorem illam uocem in  
sublimi opere aspernatus, digniore uerbo ac carminis maiestati conuenien-  
tiore uti prudentius uoluit. Fugienda ergo erunt quæ diximus uana quedā  
interpretandorum uerborum somnia & ludibria longeq; a nobilibus inge-  
niis aliena. Suscipiendæ autem certæ solidæ & quæ a puro aliquo manife-  
stoq; fonte manare uidebuntur rationes, cuiusmodi exemplum ut ex  
uno cætera faciliter intelligi possent proposuimus. Quæ si obseruabūtur ad  
nitidorem grauioremq; habendum sermonem plurimum adiuuabunt,  
Quod & idem de pactis literarum & syllabarum & apicum putādum est,  
ne uetustiores quædam desuetæ scribendi formulæ & rationes innouētur,  
quas adeo euītauit Augustus, ut non aliter ac loqueretur scriberet, sequens  
eorum qui ita existimarent tanquam rectiorem sententiam. Nunc ad reli-  
qua pergamus. Dicendi insuper genus necq; depresso quod ad mouendos  
animos nihil possit, necq; elatius quod tragicis magis conueniat, sed medio-  
cre quod ciuijus robustiusq; sit ut imitentur maxime assuefaciēdisunt. Nā  
utii incessus cum modestior est sapiētem uirum decet, ita & oratio cum mo-  
deratior habetur, quanquam tamen uti quæq; res de qua dicendum fuerit  
uel sublimis uel p̄ssa uel concitata uel tēperata postulare uidebit, parēq; etiā  
stilū accōmodare instruēdi erūt. Satius aut̄ erit ut materię illis in q̄bus se ex-  
erceant ḡnosæ magnæ illustres & q̄ maiestate quādā sūmā p̄ferāt, pponātur

Nam euenire solet ut qui in scribendis arduis rebus ingenii exercuerint, magniloquentiē cuiusdam decorē atq; dignitatē perpetuo seruent, ut & de humilioribus negotiis cum libuerit humiliorē etiam conuenientēq; sermonē recte facere possint, cōtra uero qui uiliores depressoſq; materias scribere assuefacti fuerint, tantā uim habet consuetudo, nihil grande unq; nihil sublimē atq; excelsum conari queant. Nec uero quod inquit Plinius affectanda erunt semper elata & excelsa, Nam ut in pictura lumen nō alia res magis q̄ umbra commendat, ita orationem tam submittere q̄ attollere decet. Sunt porro tria dicendi genera quę & in carmine & in prola oratione probabilia habentur, in quibus & multi in suo quicq; genere claruerunt, Est copiosum plenum dignitatis et maiestatis. Est gracile qd uenustatē habet et cōpressam quandā nec indecentē subtilitate m. Est mediocre & mixtū ac inter confines utriusq; iacens, cui summa inest quedā modestia (& ut ita dixerim) sobrietas, quę singula si finibus suis contineant castigateq; obseruentur, magnam habent commendationē, si uero terminos suos excedant uitiosa sunt, & tanq; prestigiosa repelluntur. Quare qui in copioso & ampio dicendi genere uer sanctur cauere debent, ne dum uberes uideri uolunt, tumidi magis & inflatū quiddam resonantes siant, qui uero in graciliore, siccī uacui atq; ieiuni euadant, pariq; modo qui mediocre genus sectantur, ne ambigūsi nihilq; certū & stabile habentes dicantur. Magnū aut̄ eis calcar ad studia literarū adiici et consuetudo declamandi, atq; in publicū habendę orationis causa prodeū di. Nam quo maiorem sibi propositā esse laudem circūspectante multorū turba intelligent, eo magis ad percipiendas literas & quidē elegantiores incendentur, fientq; quod in ea etate maximi aestimandū est animo alacri & intrepido, ad obeundaq; postea reipublicę negocia dū maior etas succreuerit aptiores. Quare exercenda erit eorū uox & pronunciatio, debitissq; ac castigatis rationibus informanda, quādo uel attolli uel moderari uel deprimi debeat, ubi suspendendus sit spiritus, ubi claudendus sensus, ubi incipiendū, ut distincta sit, ut sonora, ut robusta, ut cum suauitate admixta grauitatem quandā habeat. Componendierūt apte & decenter oris simul & singularū corporis partium motus ac gestus, ut nec rusticorū more negligentius, nec scēnicorū artificiosi effluentiusq; obseruari uideantur. Adiuuabunt hęc ea quę in oratore tria exiguntur, nam & rem de qua dicendū erit melius docēbunt, & animos audientium magis delectabūt, mouebunt quoq; uehementius atq; incitabunt.

**¶ Quibus auctoribus pueros imbui oporteat**

**capitulum quintumdecimum.**

**N**ec omnia cauebunt magistri bonis eos atq; antiquis probatisq; auctoribus imbuere, qd tpi bus nostris maxime deplorādū est, Nam eo docentiū inscitia deuenit, ut quedā portenta libroru quibus nihil inceptius stultius deterius ue dici queat discenda pueris tradant, tanq; lac qddā gustus suo oīm purissimum atq; suauissimum, cum contra uenenū nullum eis

## SECUNDVS

teristiū nocentiusq; sit, quæ iure ac merito ultra Sauromatas deportāda, ne apud liberos homines memoria eorum haberetur, aut qd satius foret delenda aeternū atq; sepeliēda essent, Ridiculū uero illud est qd dicere non erubū it uanus quidam nugator ex eorum grege qui diuinæ legis mandata uiuen dīq; mores populo enunciare solent, ex alto em suggestu dum docendi modum grammaticis dare conaretur cōmendare admodū cœpit, nominatim etiam exprimens quæ modo portenta libroruū uero certe nomine appellauimus, affirmansq; in eis omnia bene sancteq; uiuendi præcepta tradi, cum cōtra nihil q̄ nugas quasdam incōditas quidem ineptissimoq; & insulfissimo stilo coaceruatas magis q̄ compositas contineant, monebat ea pueris legi, oratores uero poetasq; omnes pessime criminabatur, sed præcipue lingue latine parentes Virgiliū simulatq; Ciceronē, quos & acerrime detestans prohibebat ne pueris ullo modo legendi darenrum, Non uiderat hic doctus ut sibi uidebatur theologus quid theologorū princeps Augustinus dicat. Virgilium propterea a paruulis legi, ut uidelicet poeta magnus omniūq; præclarissimus atq; optimus teneris ebibitus annis, non facile obliuione posset aboleri, Non nouerat quoq; quid idem scribat dum adolescens adhuc legeret Hortensium Ciceronis, sic em liber ille inscribebat, nunc negligentia posteritatis deperiit, mutasse adeo ex lectione eius omnes affectus suos, atq; ad deum spem omnē conuertisse, ut diuitias nullo modo appeteret, si quo casu aut se se offerrent, nihil ex his præter necessariū liberalemq; uitium cogitaret, diuinæ iam tunc illi uoci præludens, diuitiae si affluant nolite cor apponere, Quid ergo est qd a stultissima illa pecude Cicero carpi meruit, cuius ex scriptis talis hic ac tantus uir ad tam eximiā uitæ frugē conuersus est. Quid uero cōtinent aliud eius uolumina q̄ summā ad uirtutū amorem uitiorūq; odium exhortationē? Sed qd de poetis dicebat, non negamus multorū qui poemata scripserunt interdicendam esse pueris lectionē, id em & maiorib; nostris placuit, Nam elegiaci qui lasciuiores describunt amores longe arcē dierūt, Lyricorum etiam ea pars quæ licentior uidebitur, Satyrici uero qui grauiores fuerint tñ admittent, Comici aut̄ licet & ad eruditionē & ad splendidiorē ornatum maxime utiles sint, ad firmiores tñ usq; annos in quib; minus periculi timendū erit reseruabuntur, Nam si per picturā quod comicus ille inquit exemplo Iouis stuprantis ad libidinē adolescentis iuuitabatur, quis putabit per poema quo expressius saepe humani affectus depingūtur non moueri etiam tenellā ætatem, ac plurimū ad quæcunq; legerit cōcitaris, Quare memorabile uidetur qd Gregorius Nazianzenus & Hieronymus & Prosper in librīs quos scripsit de uita contemplativa propter hoc referūt ab antiquioribus hebræorū fuisse obseruatū, ne qui adolescentiū ante uicesimum annū legerent Geneseos librum, & partē Ezechielis prophetę vel canticum canticorū & cætera talia, in quibus generationes & nomina quarundam scripta sunt mulierū, licet sub uelamento historiæ uirtutū figuram illę prætendant, Quo circa erit etiam non omittendū ut proponatur pueris le-

# LIBER

gendum qd ætati magis conducat aliquid sacroruū codicum, quorū si lectio  
cum gentilibus miscebitur, non modicā afferet utilitatem, cum em̄ maiores  
nostrī græcis simul ac latinis eos imbui literis præceperint, ut utriusq; lingue  
rationē æque perciperent. Idem sentiendū uidetur de legēdis sacris mixtū  
ac gentilibus librīs, quorū cum doctrina simul suscepta fuerit, tenacius etiā  
simul postq; maiores ad annos peruerent animis eorum inhærebut. Illud  
uero qd magistri obseruāt admodū probamus, ut crudioribus pueris post  
alpha & bita primo psalteriū ediscendum afferat, nam cum illud iam totus  
orbis decanter, nemoq; non illud propter obsecrations deo faciendas do-  
ctus pariter ac indoctus memoriter tenere studeat. Quis non dicet conueni-  
enter eis ipsius doctrinā tanq; lactis quādā alimoniā primo ministrādā esse?  
quæ præsertim plana distincta leuis facilis suauisq; sit, quæ & ore & animo  
eorum cōtinuū perpetuo sit habitaculū habitura. Quid porro admiramur  
poetarū ingenia, quid uel amores uel dolores cæterosq; humanos affectus  
ac perturbationes ita effingere potuerunt? ut res agi magis q scribi uideat.  
An hocce hebrœ uate nobilius aliqd diuinusq; nobis intueri licet, cui neq;  
suauitas neq; elegātia neq; copia neq; uis dicēdi atq; acrimonia ulla ex par-  
te desit. Qui ita deo optimo maximoq; blandiri nouit, ut inuitū etiā ipsū pe-  
neq; renitentē uotis suis assentiri cōpellat. Post hęc cū maturauerit tēpus ut  
ad grammaticos auctores transferant, legendæ eis dabuntur parabolæ quæ  
sic inscribunt Salomonis, atq; ecclesiasticus a Iesu syrach alio hebrœ cōpo-  
litus, quibus administranda pueris uiuendi præcepta, informādosq; eorum  
mores nihil certe aptius conuenientiusq; esse potest, præsertim propter ele-  
gantissimū eorum interpretē Hieronymū, cuius eruditio sententiis illorū  
adiuncta sine comparatione plus afferet utilitatis q illi quos supra memora-  
uimus ridendi penitus ac monstrosi libelli, qui cū ab indoctis similia his mo-  
rum præcepta continere credant, at ab eruditis omni uanitate omnibusq; ple-  
ni ineptiis existimant. Dehinc cum firmior creuerit ætas & doctrina, legent  
secundū librum Machabeorū, q ad romanam eloquentiam totus magis q  
cætera hebræorū uolumina accedere uideatur, q breuis etiam & succincta  
sit historię eius narratio, quę & a studiosis facilius memoriae commenda-  
tur, legentibus omnibus iucundior pariter & utilior esse solet. Legentur hęc er-  
go pueris ut gustu aliquo diuinæ sapientiæ alliciant, allectiç demū cū inge-  
nium doctrinacq; maior succurret, ad cætera siue ab antiquis hebræis scripta  
siue a nouis græcis ac latinis quorum multi sanctitate eruditioñq; celebres  
extiterunt legenda per se facilius inuitenur. Præmonendi aut erunt ut apo-  
crypha (quibus immensi codices referti habent) longe a se arceant, qui cum  
certi ueritacq; parum at elegantiae nihil continent, his gētiles auctores & histo-  
rici & poetæ simul permiscebuntur, recte aut fieri uidebitur sīa principio fa-  
bellæ Esopi eis legantur, q ad morum rationē pertineant, & puriore etiam  
humilioreq; sermone ac plurimū illis annis congruente compositæ sint mul-  
tuq; iucunditatis in se habeat, qua maxime ætas ipsa capit, suscipiēdaq;

## SECVNDVS

ad literarū studia magis incitat, deinde ad grauiora transeundū erit, laudan  
dāq; admodum uidet quæ apud Insubres est legendi Catilinarii consuetu  
do, propter summam auctoris elegantia & breuitatē operis, quæ em̄ elegan  
tiora sunteruditionē magis adiuuant, quæ breuiora libentius faciliusq; edi  
scuntur. His adiungent poetæ, at hi quidem qui ut supra diximus nulla tur  
pitudine legentium animos inficere possint, quare qui tragœdias scripserūt  
non erunt repudiandi, qui uero heroica ante omnes recipiendi, propter grā  
diorem eleuationēq; eorum sp̄iritū, cui longe præstabit ab unguiculis pue  
ros assuefacere, & si quæ legerint non facile cuncta percipere queant. Sed pr̄c  
cipue a maioribus nostris probantur utpote oīm excellentissimi apud græ  
cos Homerus, apud latinos Virgilius, garriat quantū uelit argutulus ille re  
prehensor, cuius nec rationes quibus celebre nomē eius obruere conabatur  
hilum ualent, nam ut de fingendi licentia quam ille grauiter accusabat nihil  
dicamus, alias em̄ alio opere eius rei rationē explicauim⁹, haud intelligebat  
quid in se ponderis quartus æneidos quē pessime criminabat (quo nec elegā  
tior alius editus est) contineret, cuius gratia scire debuit totam æneida sum  
ma philosophiae mysteria sub poeticorū figmentorū ornamento abscondita  
habere, quæ nisi ad alia edisserenda uocaremur fortasse attingeremus. Sed il  
lud saltem qđ ad rem de qua agitur pertinet nō omittemus. Nam cum Vir  
gilius sub Æneę persona uirum omni uirtute præditū atq; ipsum nunc in ad  
uersis nunc in prosperis casibus demonstrare uoluerit, ita per Didonem fœ  
minas & quibus uitam rationib; instituere deberet, uel premio laudis vel  
metu infamię ac tristissimi demū interitus omnia illa sui poematis editione  
admonere studuit, quænā em̄ audiens illam condendis tantę urbis mœnib⁹  
intentissime uacantē, iurac⁹ & leges populis moderantē marito & extinto  
fidem ac pacta thori conseruantē, cū summa laude sua & ueneratione finiti  
morumq; omniū timore non eius exemplo moneat⁹, atq; ad uirtutis studiū  
magnopere incendatur⁹ contra uero intelligens noui eam hospitii amore  
insanientē, ab extictione urbis gubernationeq; populorū cessantē lusibus  
tm̄ & cōuiuiis indulgentē, derelictamq; ab amante demū, dolentēq; & affli  
gentem sese, desperitac⁹ omnispe mortem etiam sibi ultro conscientē, nō  
animo concassetur⁹ non exterreatur⁹ non contremiscat⁹ nō pudicitia licet  
austriorem malit amplecti qđ blandiorē libidinem⁹ cum huius fructus tan  
dem amarissimi, illius semper suauissimi habeant⁹. Operę precium aut̄ est vi  
dere qđ ne perulantū unq; uel uerbo uel sententia in horum descriptione pru  
dētissimus poeta usus fuerit, qđ honestissime modestissimeq; singula explica  
uerit, nisi forte (qđ summę illi laudi attributū est) qđ dixerit ita cum affectus  
fœminę furētis expressisse⁹ ut expressius nihil dici aut cogitari possit, Virgi  
lius itaq; ac cæteri qui eadem scribēdi uestigia obseruarūt, ab optimis & do  
ctissimis quibusq; merito cōmendati suscep̄tiq; sunt, qđ eorū carminib; uir  
tutem sequi uitiaq; fugere maxime doceamur, licet sub figmentorū qđrūdā  
uelamento (qđ ornandi magis illustrādiq; poematis causa est adinuentū)

## LIBER

cōtra sc̄enici quos & Plato ex urbe pellendos censuit, q̄ & flagicia plurimū lectio eorum incendat improbat proinde atq; damnati fuerunt. At q̄ pria peiam etiam eum edidisse ille increpabat, huic quoq; (q̄uis a proposito lōge diuertamur) non respondere tñ non possumus. Nam esto qđ ille affirmabat Virgiliū ipsius auctōrē extitisse, quid ad accusandū æneida q̄ omni prorsus labe criminis uacat afferre potest alterius obſcæni libelli editio: dicat mihi num Origenis scripta ea quę sancta sunt atq; ad confirmandā fidem nostrā adiuuantia idcirco tamen q̄ & alia multa praua & heretica cōposuerit reprobamus & libenter em theologo thologorū exempla obiicio. Quanq; aut̄ ea uulgo de Marone opinio īualuerit, propter Serui grāmatici (qui id sol⁹ affirmat) auctoritatem, mihi tamen minime unquā persuaderi poterit, ne q̄ quid dicat Seruius opponat quisq;. Nam grāmatici non plus fidei sibi uendificant, q̄ cum uel ratione uel probati alicuius poetæ autororis auctoritate quæ dicunt confirmare possunt. Dixerit igitur ut libuerit dū modo nos contrarium certa euidentiæ ratione cōuincamus, nam Martialis excellenti uir ingenio dum turpissimorū a se editorū uersuum argueretur, afferit in mediū multos tanq; opportunissimos cause suę auxiliatores ac defensores Caluum Marsum Pēdonē getulicum. Cur quæsō aut̄ p̄teriit Virgilium, num eius forte nomen (quem totus orbis ad cœlum effert) ipse contemnit, at nemo id quidem uel insanus etiam putauerit, quid ergo restat nisi ut cuius auctoritatem multo quoq; auro comparasset, quoniam nihil habebat eorum quod a modestissimo poeta scriptum afferret omiserit. Apuleius quoq; homo & doctrina & eloquentia p̄stantissimus, cum & ipse pro obſcēnis quos editorat uersibus accusaretur, defendit se exemplo quorundā, qui eo genere lasciuus utiq; luserant, cuiusmodi p̄ter cæteros nominat Ediuīum portiū C Lucullum, cur uero Virgiliū quē his annumerās diuinum tanq; oraculū quoddam profert nihil scripsisse dicit, nisi bucolicum illud ludicrū, quo Ale xim modestissime etiam laudauit. Cur priapeię nulla prorsus ab eo fit mentio? Præterea ut maius aliud adiiciamus, nota est quam scribit Ouidius ad Tiberium cæsarem epistola, in qua dum (ut ipse inquit) argueretur obſcēni doctor adulterii, defendere expugnareq; sumopere se conatur auctoritate multorum quos eadem ac turpiora scripsisse refert illustriū poetarum, ante omnes uero tanq; magistrū ac principē omnīū Maronem cōmemorat, quā si proposito tam celebri illius uiri nomine nihil amplius ad defensionē causę suę deesset uideatur. Quid porro quo se tueatur recenset ab eo scriptū esse nisi quartū æneidos? & nescio quid bucolici carminisq; nū aliud ibi quod lasciuus Maro scripserit a Nasone memoratur, at nihil prorsus quidem, hic exurgant qui Virgiliū priapeiam edidisse contendūt, cur (respondeat) nullam eius Apuleius, nullam Ouidius, quæ causam eorū longe magis adiuuabat mentionē fecerint, num obliuione eis fortasse contigit? qđ si ridiculum est dicere, cur ergo eam omiserunt? dicet quispiā eā studio fuisse præteritā, qua nihil propter auctoris dignitatem magis excusationi eius conferre poterat, nemo qui recte sapiat aſſirmabit. Satius ergo uidetur ut a Virgilio eā

## SECVNDVS

minime editam fuisse credamus, a cuius natura quā modestissimā uerecum  
dissimilat; fuisse legimus longe etiā illud scribendi genus abhorrebat. Simi-  
lius aut ueri est Cinnam magis aut Anserē poetas procacissimos quorū &  
in ea quā diximus epistola meminit Ouidius scriptores eius extitisse, aut Cal-  
uum quem tradunt pauca etiā in eo genere elegantissime scripsisse, aut Mar-  
sum aliquē ue eorum quos in his uersatos fuisse paulo ante retulimus. Nec  
miretur aliquis libellū illum falso Maronis nomine inscriptū esse, qd & mul-  
tis aliis priscis simul ac recentioribus ut quae unius essent alteri scriptra attri-  
buerentur sēpe uidemus contigisse. At id quidem imperitorū causa, quorū  
cum corruptus sit gustus, non recte etiam possunt discernere, quid cuiq; pro  
singulorū scriptorum dignitate magis conuenire uideatur, C. Cæsari legi-  
mus multas orationes ab aliis editas imperitia q̄rūdam temere ascriptas fu-  
isse. Quod maxime in nonnullis Ouidii libellis falso utiq; ei ascriptis intueri  
licet, cuiusmodi est ille qui de pulice inscribitur, quē cū uulgo iam increbru-  
erit ab eo editum esse, nos tñ minime ex uino tali fecem illam unq; prouenis-  
se arbitramur, quod & si non omnibus ex stilo ipso scribendi qui nihil Oui-  
dianum sapit, at ratione saltem quā indoctus etiam quisq; capiet persuade-  
bimus, nam quod poetarū nemo alius fecit tam exactē diligentiae Ouidius  
fuit, ut pentametros uersus propter maiore carminis cōcinnitatem raro uel  
nunq; nisi in disyllabam dictionē terminaret. Quod cum in maioribus qui  
buscunq; operibus suis quae tot numero edidit accuratissime ferme semper  
obseruauerit, in his aut quae extant de pulice paucissimis uersib⁹ trisyllaba-  
rum dictionū terminatio s̄xpius offendatur, quis crebet in tam exiguo poe-  
mate a solita sua obseruantia deuiare uoluisset. Nūc unde discesserat oratio  
nostra reuertamur. Non immerito igitur Virgiliū tanq; poetarum elegantissi-  
mum atq; grauissimū pueri in primis q̄ maxime legendū suscipient. Tace  
at uero qui Gregoriū dicat reprehēdisse grauiter per literas Desyderiū quē  
dam Galliarum episcopū. qui Virgilio cæterisq; gentilibus auctoribus stu-  
diosius q̄ dignitas sua patere uacabat. Haud em docemus quid grandio-  
res natu dignitateq; aliqua p̄diti, sed quid adolescētiores legere debeant, qd  
in illis utiq; dicit Hieronymus crimē esse uoluptatis, cum in his sit necessita-  
tis, propter percipiendā quam semper uti edocti fuerint conseruabant elegā-  
tiorem linguæ latinæ uberiorēq; doctrinam. Neq; illud negligendū erit qd  
puero mihi admodū profuisse expertus fui, ut scilicet anteq; ediscēdis poetis  
historicisq; idonea ætas aduenerit, audiant narrari eorum sententias succin-  
cto domesticoq; sermone laxandorū refocillandorūq; animorū causa, qbus  
& illi se q̄ plurimum aures demulceant attentissimos præstabunt, & ad in-  
telligendos postea eorum auctores cum anni patiētur longe magis adiuua-  
buntur, robur etiam maius afferet tenellis annis earum narratio, q̄ inanum  
quarundam fabellarū quas a mulierculis referris solitas superiore libro da-  
mnauimus. Propono certe libentius ea aliis obseruanda quae meo magis q̄  
alieno testimonio affirmare possum. Mos em̄ fuit primo illi magistro meo.

# LIBER

quē suprā & commēmoraui cū recreare animū uellet, poeticū semper aliquid aut historicū recensere, a cuius cū nunq̄ latere discederē, nihil erat qd nō ab illo prolatū audiissime caperē, firmissimeq; conseruarē, inde ubi crescētibus annis ad studia poetar̄ me cōtuli, ita plana ac facilis uisa est mihi eorū lectio ut non tanq̄ recens sed iā ante suscepta repetitac̄ sēpi se offerret, Atq; ut de Virgilio (cuius modo mentio habet) loquar, iam nondū lectā nouerā. Eneq; tempestatē, troiae incēdiū ludos quoq; & auernī loca pugnas simul ac instruētas acies, iam Ascanio Eurialo Lauso atq; Pallanti pueris puer ego præci pue afficiebar, iam partibus eorū fauebam, quas & acerrime sēpius inter loquendū sustinebam, hæc ita rudi & nuda narratione prius ebibita, miro me (postq; ad Maronem legendum accessi) amore eius ac studio prope incredibili ut de faciliore perceptione taceam accepi.

Vtile esse multas simul atq; eodem tempore disciplinas iuuenes uidere, caput xvi.

Ræter hæc probant maiores nostri ut & aliis simul disciplinis imbuātur, atq; eodem tpe, conficiaturq; in eis qui orbis doctrinarū appellatus est, licet apud hebræos antiquitus obseruatū fuisse scribat Gregorius Nazianzenus ut non ei ætati oīa legenda cōmitterent, eo q; non expedit omnes oīa discere, iccirco lēdi eos potius q; iuuari, si nondū capaces ea quę sunt profundiora cognouerint, uerū probabilior uideat prima sententia, non quo exacta oīm cognitio exigenda sit, id em̄ haud unq̄ fieri posset, sed quo ea trāscurrētes per quandā quasi degustationē qd facere solent q; uina emūt attingant, Neq; uerendū est ne nimio tot tantarūq; rerū onere lassent, nam & id fiet ad iucūditatē, & cū in una disciplina grauari ceperint, neq; em̄ unisemper intēdere facile poterūt, per successionē & immutationē variatis alterius lectionis uicibus instar ciborū qui diuersi etiā sumpti minus fastidiū diuiso dispertitoq; labore magis reueabunt. Minime uero illud probandū est, quod plēriq; nimio discēdi desyderio faciunt, ut multa simul nō tam diuersis ex disciplinis q; ex unica etiā ad superfluā facietatē lectitan̄, unde de primunt magis ingenia q; attollant, nō aliter ac corpora quę ex nimiorū ingurgitatione ciborū grauari magis ac pessime cōfici q; nutritri consueuerūt, cū mulca igit̄ quasi per delibationē quandā oblectandi animi causa legi debeat, pauca tñ diligēda sunt, quibus peculiari tanq̄ iure toto studio erit in cumbendum, atq; ex his singulare semper quiddam quod per diem studio sius animo uersatum concoquetur.

## LIBER TERTIVS

### DILIGENTER INSPICIENDVM AD QVAM MA

xime artempueri natura inclinentur, caput primum.

Vnc qd præcipuum obseruare debebunt & patres & magistris simul admonendi sunt, ut diligētissime ad quid quenq; natura magis inclinabit aduertant, ne (ut ueteri est in proverbio) fiat a' iquid invita Minerva, ut em̄ omniū quæcunq; sunt in omībus summa diuersitas est, ita p̄ser-

## TERTIVS

tim ingeniorū, quorū et tāta uis est ut facilius sol a citatissimō quo cursu agit  
q̄ a sua quisq̄ qua impellitur natura auerti possit. In quo igit̄ p̄ualere quenq̄  
prospicient, in eo exerceri, nec ad alia distrahi studiose curabūt, ne sicōtraria  
animo suo studia sequi, alteriq̄ q̄ cui proclives sint compellant̄ operā rei na  
uare, eo deducant̄ ut & in suscep̄ta contra ingeniū suū opera minime profi  
ciant, & in qua n̄isi abducti inde abstractic̄ essent conueniente sibi proficere  
potuissent nihil attingant, nihil prorsus unq̄ affequant̄. Quod & in equis ob  
seruari debere p̄cipiunt, qui de disciplina eorū scribunt, ut cū minores ad an  
nos peruenire ceperint, diligenter aduertat̄ ad quid potissimū quisq̄ natus  
esse uideat̄, in eoq; ut recte animaduersū fuerit probe exerceant̄, nam cōstat  
q̄sdam ad bella animosiores esse, alios ad promerendas ludorū palmas accō  
modatiōres, nōnulos uero ad domesticū usum rusticāq; rem aptiores. Sc̄e  
nicos etiā t̄m prudentiē habuisse in noscendo sui cuiusq; ingenio refert Cice  
rō, ut uon optimas sed sibi accōmodatissimas fabulas eligeret, qui uoce freti  
essent Epigonus medeāq; qui gestu Menalippū aut clytemnestram. Quare  
Ciceronian⁹ ille Antonius cū de oratore loquere, cōfirmaretq; qđ a Crasso  
dictū erat p̄ multa scilicet esse q̄ orator a natura n̄isi haberet, nō multū a ma  
gistro adiuuare, probat admodū Alabāensem Apolloniū summū dicē  
di p̄ceptore, qui cū mercede doceret, t̄n ut inquit non patiebat̄ eos q̄s iudica  
bat non posse oratores euadere, operā apud se p̄dere, dimittebatq; & ad  
quanc̄ artem putabat esse aptos ad eam impellere atq; hortari solebat, non  
finens eos operam in tanta refrustra cōsumere. In hoc etiam laudandus, q̄  
non ita eos ab his artibus deterrebat, quin eas ad quas quisq; natus esset &  
quasi a natura imbūtus et sperare et consequi posse persuaderet. Nec minus  
commendatū est illud Traiani, qui cum quinc̄ millia ingenuorum ex bonis  
fisci educari ac sub cura magistrorum haberi instituisset, in ea t̄m illos disci  
plina erudiri uoluit, ad quam quisq; magis inclinari putaretur. Curandum  
igit̄ erit ut in his studiis exerceantur, ad quæ idonei magis esse uidebūt, ut  
quo fiet ut quā quisq; (me ducente) magis amplexus fuerit, uel oratoriā uel  
poeticā facultatem uel dialecticas uel medicinā uel legum uel cuiusuis al  
terius artis peritiam si illi uacare permittetur longe procul dubio doctior  
præstantiorq; futurus sit. Quorum postrema duo studia cum plures ceteris  
ignaros professores habeāt, non aliunde id euenire constat, q̄ q̄ spe lucri (qd  
inde queri solet) ad ea passim omnes (non dicam non apti neq; nati) sed nec  
uix primis grammatices rudimentis imbuti demittunt̄, quodq; dolentius  
est, increuit postea nouus ille ac pessimus mos decorādi eos auro, in testimo  
niū adeptę iam quā nec multi summis etiam digitis attigerūt perfectę eru  
ditionis. Quid uero stolidius dici potest? quam false sibi sapientiæ apud vul  
gus auctoritatē quærere, uana huiusmodi exteriorum ornamentorum  
ostentatione circulatoribus magis quam graibus & literatis uiris conue  
niente, ita ne satis erat corrupta esse cætera? nisi ad literarum usq; studio  
sos corruptiones hæ etiam se extenderent? Appello quosque harum arti  
um doctissimos. Nam & multi extant (fateor) egregie uereque eruditii

# LIBER

egregiaq; & uera fama per celebres, quid laudis putant se magis nactos esse his aureis ornamētis? quæ ab innumerabilibus professionis suæ (quos mani festius ipsi cognoscunt) imperitissimis hominibus gestari etiā quotidie conspicunt. Non est a proposito aliena, quæ de auri & ferri concertatione (nūc & in mentē uenit) fabella. Cū em ferrū auri fortunā prædicaret, q; ad cultū usumq; regum inuentū esset, summoq; ab omnibus in precio ac admiratione haberet, se uero nisi ad arma bellica, ad horrendas cedes, ad fodiendā quoq; humum, atq; ad tristia & uilia queq; natum esse quereretur. Tace inquit au rum, nam si millia etiam erumnarū tuarū iactaueris, haud unam tñ meam qua nulla est alia grauior æquare unq; poteris. Cum em ab regibus quos tu nominasti magna cum laude mea gestari solerē, nūc maiore cum ludibrio deueni in manus ineptissimorū quorundam hoīm. quibus cum parū uel nihil sit doctrinæ, illo etiam me malo afficiunt, ut testimonio meo (qd palam omnibus ostentant) eruditī atq; sapientes esse uideant. At magna hæc credi possent, nisi maiora etiam deploranda essent, de poetis loquor, quorum lau reandorum nouum morem inuexit quidā cuius nomē hoc præsertim loco quo a me reprehenditur honestius prætereo, qui cū grauissimus alias & modestissimus extiterit, mirum tñ est q; in hoc grauitatem longe modestiamq; excesserit, is lauro cingi sibi caput ad maiorē poetice artis auctoritatem, publicūq; insuper eius rei instrumētū condi curauit, qd cum aliquā legerem nō potui nō ridere, quis uero ab risu se continere posset; uidens gloriam poeta rum, quæ cōmuni omniū uoce & attestatione quæri consueuit sub imperi ti alicuius tabellionis fide clausam uideris; inde ad plerosq; alios ea pestis postea exemplo eius defluxit, defluxuraq; adeo est nisi occurratur, ut quisq; metri tñ leges intellexerit, ad laurus coronā subito sit aspiratus. Res pessimi certe exempli, præsertim cum necq; factitarint quicq; horum maiores nostri, necq; etiam cogitarint, licet postea recentior ætas nostra tanq; ab antiquis factitata (nescio quo insomnio) ea suscitauerit, nā de coronandis poetis hoc tñ apud ueteres obseruatū legimus. Consueisse græcos singulis lustris triplex celebrare certamen, musicū gymnicū equestre, quæ Nero primus oīm Rōmam inuexit, appellauitq; noīe suo Neronia, postea Domitianus etiam eum secutus celebrauit, quemadmodum igitur athletarum sic communium scriptorum uictoribus premia & honores cōstituebant, deligebatq; ex omni numero literatorum doctissimos aliquos, deligebantq; ad eos munus iudicandi, atq; singulorum qui carminibus decertaturi erant ingenium probandi, ut qui eorum iudicio præ cætetis laudarentur, coronis illis & honoribus meritis instar militum inter se pugnantiū honestaren̄. Quod Aristophani apud Alexandriā cōtigit, qui cū lectis sex eius ciuitatis iudicibus, septimus ipse tanq; summo studio summacq; diligentia præstans adiunctus fuisset, habito conuentu ludorum, distributisq; cuiq; iudici secretis sedibus, postq; recitata essent scripta omniū, de his rogatus sententiā dicere, tribuit pal mā certaminis illi qui neq; populo neq; cæteris iudicibus placuisset, q; pro pria is scripta, cæteri aut aliena tanquā furti rei protulissent, in quo certandi

## TERTIVS

genere Neronē etiā quem modo diximus tradunt se exercuisse, orationisq; & carminis latini coronā cōsensu oīm & qdē honestissimorū qui secū de ea contenderent recepisse. Huius rei in hisconio frentanorū oppido repertū est faxo insculptū uetus & elegans epigramma, qd dignū duxi his inserere. L. Valerio pudenti, L. F. hic cum esset annorū xxiii. Romæ certamen sacro Io uis capitolini lustro sexto claritate ingenii coronatus est inter poetas latinos oībus sententiis iudicū huic plebs uniuersa municipū hisconiensiū statuā ere collato. Quod ergo s̄e p̄ius legit laurum uatibus deberi, hinc ortū habuisse magis q̄ nudi cuiusdā uaniq; honoris causa adinuentum esse credendū est, quemadmodū & de athletis fuisse constat, militibusq; ac imperatorib; cū pugnādo de hostib; triumphassent, Quanq; qd ad hos pertinet, grauissime etiā a Tertuliano uiro summi acuminis & doctrinæ huiuscmodi coronę in libro quē scripsit de corona militis improban̄t, quo magis indigna etiā eruditis hoībus uidetur hæc coronandi uanitas, quæ & indoctis atq; bello tñ assuetis quorū haud tam graues uitæ mores exigunt tantopere damnetur Nam qd scribit contra naturæ auctorearum coronarū usum adinuentum esse quid uerius dici queat, cum em̄ fructibus rerū appetendis atq; iudicandis certos & pr̄finitos hoīm sensus ordinauerit, propriaq; membrorū qdā modo organa auditū auribus, uisum oculis, gustū ori, odoratū naribus, cō tactum manib; suo quæcq; loco adiudicauerit, ut per h̄ec exteriora ministraria diuinorū munerū fructus ad interiorē animā deducerent. Nec ex floribus frondibusq; aliquis nisi aut odoris aut coloris fructus percipit, qui et naribus tñ & oculis obsequendi officiū sortiti sunt. Iḡt quis nō cum summa naturæ iniuria fieri putet, ut ad alios sensus q̄ ad quos creati sunt eorū usus transferat, quorum si tandem tanta mūdicia uideat, cur non in sinum condūt̄ si tanta mollicia, cur non in lectulū spargunt̄ si tanta innocentia cur non in poculū sumunt̄ Cæterum in capite quis sapor floris, quis coronæ sensusq; nisi uincula, quia nec color cernitur nec odor ducit, nec teneritas attrectatur, tam cōtra naturā est florem capite sectari, q̄ cibum aure, q̄ sonum nare, omne aut̄ qd contra naturā est monstri instar apud oēs habet. Præterea cū coronandi morē gentiliū primo deorum fuisse cōstet, quis erit christianorū quem non pudeat portentorū illorū uanitatē & superstitionia uestigia imitari, ob honorē saltem unius ac ueri dei nostri, quē & rectiore fide suscipimus & puriore nos ore cōfitemur. Si quidē Saturnū Pherecydes ante oēs refert coronatū. Iouem Diodorus post deuictos Titanos hoc munere a ceteris honoretū, Iunoni uitem Callimachus induxit. Veneri myrtus dicabat. Hercules nunc ad populū capite nunc oleastrū, nunc apium pr̄ferebat, Pindarus atq; Callimachus memorant Apollinē imperfecto dracone laureā induisse, qua & Liber quoq; pater cinctus incessit, cum ex īdis triūphauit, licet hēdra illi etiā sacrata fuerit, quēadmodū & Osiri apud ægyptios, Ariadne uero illud memorabile fuit serū ex auro & ex īdicis gemmis Vulcani opus liberū munus postea sydus. Sed & prima isis repertas spicas capite circūtulit,

## LIBER

rem magis uenteris. Omittam autem Pandorā quam primā fœminarū tradit Hesiodus a charitibus fuisse coronatam, cum ab omnibus numeraret, unde etiā nomen accepit, de diis enim tamen gentilibus loquimur, quorum singulorū coronas explicuit præstantissimus in hac materia cōmentator Claudio Saturinus, quem Tertulianus idē refert scripsisse de coronis librū, in quo ita earum disseruit & origines & causas & species & solennitates, ut nulla gratia florū nullā lēticia frondis, nullus cespes aut palmes non alicuius capitī inueniret consecratus, quo satis instrui omnes dicit quā alienā a nobis iudicare debeamus coronandi capitī institutionē ab eis prolatā & in eoru deinceps honorē dispēsatam, quod seculū deos credidit, His atque huiuscmodi aliis reprehēdit mihi lūtū coronas, qui si in indoctos hoīes tam acriter profert, quid in literis ratos (quorum grauior longe modestiorque uita desiderat) quid scripturū illū si hic ipsorū etiam mos temporibus eius extitisset, quo eloquio quod dicendi impetu & acrimonia exarsurū fuisse credamus? Querenda est igitur uti omnibus ita maxime poetis quae solida magis animi uirtute propriisque ac certis ingenii uiribus quam frondiū aut metalli illius puerili uanaque ostentatione constet auctoritas, quae publica magis regū atque populorū prædicatione quam tabellionum ridicula assertione atque testimonio comprobetur.

¶ Quisque naturā suę uitę ducē sequi debet, at principes doctos

fouere capitulum secundum.

¶ Edubitet quisque (ut unde discessimus iam reuertamur) qui ad hęc studia inclinatus fuerit suā qua impelliunt naturā sequi, licet qui olim doctos hoīes sūmopere principes extollebant, nunc nihil oīno eos pendant atque aestiment, quoniam causa sit, ut millia ingeniiorū quae si meritis fauoris bus premiisque souerent, magnū a'iquid de se proferrent, neglecta prorsus ac despecta quotidie depereant, sequat agē ducem auctore quod naturae suae deū, qui cum oīa mira ratione & sapientia fabricauerit, ita præsertim ingenia, quae maria ideo etiā prouidētissime condidit, ut & uarietas summā conditoris beneficentia potentiāque demonstraret, & ad quod quisque natus esset illuc coleret, collensque non magno sine diuino consilio ac præcipuo quocquam (quod lateret) bono se ad id uocatū esse existimaret, Quanquam nemo non dolere possit conditionem principū, quoniam cum propriū quiddā ac singulare sit officiū benerentibus benefacere, non secus ac militū pugnare, agricolarū arare, nautarum remigare, neque aliā ob causam p̄positi alii præfecti que esse uideant, contra illos tamen non negligant ac tanquā abiectos insuper & stolidos hoīes irridēant atque contemnāt. Viles uero si qui sint, & indoctos uirtuteque prorsus omni destitutos longe efferant, longeque honoribus ac opibus cumulatos reddant Quod animaduertēs damnansque grauiter Isocrates, dum ad Demonicum scribit similes eos esse dicit alentū alienos canes. Nā quēadmodū illi in oīs latrant inferentes iniuriā, & dantibus indifferēter & nihil p̄bentibus. Ita mali hoīes pari modo contumeliis afficiunt tam bene sibi facientes quam eos a quibus nihil unquam cōmodi suscepereūt. Quare cēset bonis tamen bene esse faciendū, quod bonus thesaurus sit gratia debita ab hoīe probō, proponenda autē certe

## TERTIVS

principibus recitandaq; s̄epius esset sanctissima illa Titi imperatoris romāni atq; celebratissima uox, q̄ cū exacta die quadā nihil se cuiq̄ boni cōtulisse animaduertisset. Heu (inquit) diē hanc perdidimus. O dignissimā ore principis uocem. O principē tam celebri sanctaq; uoce dignissimū, O semper memorādū, O summis semper laudib⁹ extollēdū, O quē merito amore & de licias humani generis appellariūt. Sed si namus principes suo more uiuere, q̄ non modo emendari sed ne digito etiā cōtingi se patiunt, satis sit eruditis tā prestati raroq; bono suo frui, qđ neq; casus ullus neq; potestas ulla humana dare uel eripere possit, qđ dei solius præcipio quodā munere cōsultissimaq; prouidenti; eius ratione acquirit. Cauere tñ debebunt huiuscmodi facultatis studiosi ut ingeniuū quisq; suū recto pēsatoq; iudicio metiat, ne (qđ peccati admodū solet) blandiat quisq; ita literulis suis, ut quas nec dū summis labris delibauit, plenis se fauicibus heliconis aquas haussisse arbitretur. Multos quippe (ut inquit Arbitr̄) iuuenes carmen decepit, nam ut quisq; uersū pēdibus instruxit, sensumq; tenerorē uerborū ambitu intexuit, putauit se continuo in heliconē uenisse, ita em̄ nescio quo pacto fieri scribit Cicero ut in eo ḡne magis q̄ in aliis suū cuiq; pulchrum sit, neminēq; adhuc poetā nouisse q̄ sibi non optimus uideref, sic se res habet, te tua, me delectant mea. Erit uero summū in his remedīū ut suo semper quisq; iudicio falli uideat, neq; sibi magis q̄ de se aliis credat, ut qđ non modo a poetis sed pictoribus etiā & his q̄ signa fabricant fieri refert Cicero. Suū quisq; opus a uulgo confyderari uelit, ac si quid reprehensum fuerit a pluribus id corrigat. Secū uero & cū aliis, quid in eo peccatū sit diligenter exquirat. Legimus Pliniū nunq̄ scripta sua nisi a multis uiris doctissimis uisa atq; correpta in publicū protulisse, Ambrosius dum ad Sabinū cui libellos suos emendandos dederat scribit. Malo (ait) tuō corrigat iudicio si quid mouet, priusq; foras prodeat unde iam reuocādi nulla facultas sit, quā laudaria te qđ ab aliis reprehendaſ. Itaq; arbitrum te eorū quæ postulas rogaui, neq; em̄ legi a te mea q̄ nōnūquā tribuo in uulgas, sed in tuæ calculū uenire sentētiæ desyderauit. Nescio quo em̄ modo (pter imprudentię caliginē quæ me circūfundit) unumquenq; fallunt sua scripta, & aurem p̄ttereunt atq; ut filii etiā deformes delectant, sic etiam scriptorē indecori sermones suū palpant, incautius plærūq; aliquid promit, aliquid accipit maluolentius, aliquid exit ambiguū, tum quia alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis q̄ pro aliena opinione trutinare, & discutere om̄es scrupulos maluolentię. Alio quoq; loco ad eundē scribens dicit. Ego em̄ beneficio an numero si quis mea legens scripta dicat mihi quo uideat moueri, primū quia & in his quæ scio falli possum, multa au reū p̄ttereunt, multa quibusdā aliter sonant, pulchrū est si fieri potest caue re omnia. Prudētissime sane hæc Ambrosius, quæ ut in quavis disciplina ita in poetica p̄sertim sequidebebit, sequēs uero ubi se intellexerit communido etorum hominū iudicio probari securum tunc induat animū, neq; dubitet in quibus egregie ualere ab omnibus iudicetur, ad ea se utiq; studia uolente

# LIBER

impellenteq; deo natū arbitrari, exerceat se ergo in eis magno animo & q  
rariores qui boni probatiq; sint poetē habeantur, eo spe q̄c; maioris laudis  
ardentius instet, ac quo dux uitę nostrę natura ducit, sequi perget, cuius tam  
potens etiam tanq; pr̄equalida uis est, ut frustra illi reniti unquā aut reluctari  
quisq; queat, Quae em̄ experientia didici nimirum recte illa testari possum, q  
a tenella usq; ætate neq; ducente neq; docente quoq; sola tm̄ impellente na  
tura tam uehementi poetarum amore inflammari cœpi, ut eorum compa  
ratione cætera mihi parua uiderent, quibus cum secunda aura nauigans to  
tis iam remis incumberem, prohibuit me pater, atq; ad dialecticē tanq; gra  
uiorem honestioremq; disciplinam ut studium cōuerterem iussit. Parebam  
itaq; paternæ uoluntati, qd tandē naturæ lōge mai⁹ imperiū euicit, ut musas  
quibus latenter ac furtim quidē ne id pater præsen⁹ iret uocabā reuocarem.  
Post dialecticē uero quā non minus certe quam pestiferum qđdam exhorre  
bam, translatus fui a patre in primo ipso pubertatis limine ad studia iuris  
sultorum, q̄rum lectione propter summā quā in eis offendī & ingenii & eru  
ditionis & eloquentiæ uim plurimū semper delectatus fui, cæterum qd ad  
exercendā eam facultatem spectat, nihil est a quo unq; magis abhorruerim,  
nihil qd naturæ meæ aduersum unq; repugnāsq; magis habuerim, ut quod  
Naso de se inquit. Ne me uerbosas leges ediscere nec me. Ingrato uoces pro  
stiuisse foro, licuerit, Quare poetas (licet me multa inde violentissime retrah  
erent) cogente tñ maiore nescio qua ui animi inter ipsa legū studia repe  
bam in quibus quantulācunq; profecerim, illud certe non ambigo, parū me  
uel nihil in qua uis alia disciplina consecuturum unquam fuisse, tam inuicta  
indomitac; tanto imperio dominatur sua cuiq; naturæ,

**T**Q; pueri musicen docendi sunt caput tertium.

Vattuor aut̄ præcipue quæ docendi erūt pueri tradiderunt maiores  
q; nostri, literas musicā gymnaſticā, & ut quib; sda placuit figuratiū,  
de prima satis pcedenti libro diximus, musicā fuerunt qui non recipie  
rent, q; lasciuiae magis causa non pauci in ea erudiant, in qua re maxima cu  
ra adhibēda est, nā propter impudica eneruataq; carmina multos s̄epe ado  
lescentes pditos corruptosq; ac uirilis nihil unquā roboris adeptos fuisse cō  
pertū est, uerū ubi ad degendā recte in ocio uitā moderādosq; aiorū motus  
leniēdasq; perturbationes ediscit, qualis est maxime qua fortū uirorū gesta  
diuinq; laudes decātant, qd Pythagoras probat, nihil certe cognitione ei⁹  
utilius, nihil homini libero cōuenientius, quare merito apud antiq; magno  
semp in pcio & ueneratione habita est, adeo ut & musici inter uatū & sapien  
tū numerū referent, & qui eā artē ignorasset minime ingenue doctus esse  
putare, vñ & Themistocle refert Cicero cū imperitum se eius cōfessus esset,  
in doctiorem habitum fuisse, Ob id magni etiam heroes didicisse, neq; quod  
discerent erubuisse memorantur. Philosophi quoq; sed præsertim Socrates  
iam senex a q; & philosophia ipsa deriuata est quam non modo ipse edidicit  
sed adolescentibus insup ediscēdā pcepit. Quod ad figuratiū uero pertinet  
non multum instamus, q; nec multum nunc inter liberales artes habeatur,

## TERTIVS

Pictores em̄ ea magis utuntur, nisi forte ad formāndos literarū characteres referatur, cuius peritiae cuiq; etiā literatissimo ne n paruē cedit dignitati atq; ornamento. Quare & in ea erūt pueri exercendi. Quae uero pictorum propria est non tam honesta q̄ utilis etiam antiquis esse uidebatur, qd ad haren dum de uasis ac tabulis statuisq; emendis iudiciū quibus plurimū illi deletabantur maximū eius artis eruditio ne a uenditoribus deciperentur adiumentum præstabat. Quare Paulus æmilius cum filios suos om̄ibus studiis erudiri fecerit, singendi etiam & pingendi non ignoras esse uoluit.

**T**Vtendum esse remissionibus caput quartum.

Eniamus ad gymnaſticā quæ cum ad relaxandos recreādosq; a labo ribus animos maxime utilis est, tum ad exercēdam bellicis studiis iuentutem, quæ & priuatim & publice tutandę salutis gratia summe uidetur esse necessaria, in qua tñ modus erit adhibendus, ut donec ad annos pubertatis peruentū fuerit, a coactis uiolentiſq; laboribus abstinere iubetur, ne augmentum quod in eis continue fit impediaſ, sic & plantas modera ta aquarum rigatione meliores, nimia uero aut deteriores fieri aut interire prorsus uidemus, Leuioribus ergo utentur exercitiis, quibus cum plurimū robur augeatur, tum ad conseruandæ bonę ualeſudinis rationem nihil eis magis conferre medici attestant̄. Præcipue etiam concedenda uidentur studiis literarū, ut habeant unde leuent fastidiū, qd ex nimia cōtinuatione facile ſolet accidere, atq; unde a laboribus (quos grauissimos illi qdē ſuſtinēt) recreētur, recreatiq; demum alacrius fortiusq; ad studia affueta consurgat̄, in q̄ laudat̄ Alexāder Seuer⁹ q̄ post lectionē paleſtre aut cursui aut luctamib; mollioribus operam dediſſe perhibetur, Nec minus hoc in carētibus anima conspicimus, ſicuti lyris & arcubus, quæ uti ex remiſſione conſeruāt̄ ita ex affida intentione frangūt̄, qd ſi eis cōtingit, quanto magis id in ani mantibus atq; iisdem rationem habentibus recipi debebit̄ ita fit ut cū oīa (qd Heraclitus dicit) ſecundum litem fiant, eſtu em̄ & frigore tempeſtate & tranquillitate uigilia & ſomno fame & alimento ac cæteris his ſimilibus alternatim omnem uitā noſtram agi uidemus, ſic in animis præcipue noſtriſ labor & quies ſtudium & remiſſio quibus etiam conſeruare mūr adiumenta ſunt. Afferet præterea pueris aliā utilitatē exercendi ſtudiū, nam qd est optimū in ea aetate ſignum, ſi enīm erectiores atq; alacriores, euitabit̄q; in eis (q̄ oīem ſemper bonā indolē frangere conſueuit) trifticia atq; animi demiſſio, q̄ em̄ in ſenibus commendaſ in pueris contra damnat̄ grauior triftiorq; frōs, quod & poeta ostendit inquiēs. Odi ego puerulos p̄coci ſapientia. Commodiſſimum aut̄ uidebitur ſi ſingulæ dierum horæ utiliter diſpensentur, ſi ſuū quæq; uel ſtudii uel exercitiī uel cessationis ſtatutum ac præfinitum habeat tempus, ne illud quod instaurari haud unquam potest deperire uel minima ex parte patiamur.

**T**Quibus exercitiis pueros occupari oporteat  
capitulum quintum.

## LIBER

**A**lib<sup>o</sup> uero eos maxime cū puberes facti fuerint exercitiis occupare conuenier, qualibus Diogenes erga Xenidæ filios usus fuisse tradit, post reliquas em disciplinas instruebat eos equitare, arcus intendere, fundas rotare, jaculari, atq; cætera huiuscmodi, in palestra quoq; permittebat eos exerceri non in morem athletarū, ne nimio labore succubentes a studiis postea literarū deficerent, sed leuius tñ ac roboris & bonæ ualeudinis gratia, quemadmodū etiam Achilles sub disciplina Phœnicis edoctus fuit, quē illi ideo a patre Peleo cōmendatū Homerus refert, ut disceret ab eo non tam dicere q̄ facere, Eadem quoq; studia Paulus æmilius delectis ad id p̄cī- puis magistris filios suos quibus & frequens intererat edoceri fecit. Cæsarē ferunt eruditissime tyrones in domibus per equites romanos, atq; etiam per senatores armorū peritos, scripsisseq; ad eos s̄epius ut susciperent singulorum curam & disciplinā. Neq; est prætereundū q̄ Marius filiū nō modo iisdem studiis institui uoluit, sed quo præsentia patris instructior etiā euaderet, longo ipse senio grauatus progrediebat in medium aliorū adolescentiū, exercens se simul cum eis atq; decertans, Nō latebat ducem bellicæ artis longe peritissimū, quantū huiuscmodi exercitatio per ocii tempus sub primisq; annis habita conserret postea ad obeunda uera belli prelia. Quod & intelligen- gens Augustus nepotes utiq; suos non tam literariis q̄ bellicis insuper studiis erudiri curauit. Sed quid priuata exempla repetimus, cum publica ea fu- erit consuetudo romanis filios adolescentes sub disciplina militari magna & assidua cura semper exercere, quæ res tñ eis ad subigēdum (qd postea fece- runt) orbem profuit, ut cum robore prudentia multitudine proceritate opibus etiā multæ eos gentes superauerint, sola tñ quam nunquam omiserunt armorum exercitatione superiores ipsi omnibus rerumq; proinde domini ut poeta ait extiterunt.

**¶ Q** pueris laborum suorum per ludos honestos recreatio- permittatur, capitulum sextum.

**O**rro non alienum ab his uidetur, in ocio etiā per ludos permettere pueris laborū suorum respirationem, qui nihil modo in se turpitudi- nis habeant, cuiusmodi lasciuiora carmina (de quibus supra a nobis dictum est) quare iocos & sales cum ad obscenitatē transgrediūtur longe arcere oportebit. cum uero grauitate & modestia conditi fuerint, probandi admodum sunt, quibus Cicero Augustus Adrianus alii quoq; non pauci sed lacedæmonii q̄ maxime delectati fuerint. Saltationes autē licet Socrates & Scipio eis aliquando indulsissememorentur, propter tuendā bonam corporis habitudinē a lacedæmoniis etiā fuerint inter exercitationes suscep- tānq; ad bella utiles, in religionibus quoq; ueterum romanorū frequentatæ nullo tamen modo probamus q̄ multorū malorū fomes & origo sunt pro- teruioresq; efficiant adolescentes ac corruptiores, Pilæ ludus & honestus & li- beralis uidetur, adiuuat etiā plurimū bonā ualeudinē, cui cū multi tū Augustus etiā & Q. Murius Sceuola & Dionysius syracusanus & M. Antonius & Lycon philosophus audiissime dediti suisse tradūtur, Contra alea & cal-

## TERTIVS

culis quibus Claudio Nero & Domitianus & quos modo memorauimus  
Augustus & Sceuola ferunt lusisse nihil peius, nihil omnino perniciosius di-  
cipotest, qd ad quæc p̄ dictu ac factu fœda prouocent qui curiosius eis uacat,  
genereturq; ex eius consuetudine illiberalis quædam & detestanda quæ est  
oīm malorū causa cupiditas. Quare sapientissimū fuit illud Platonis dictū,  
qui cum in aleis ludentem quendā argueret, atq; ille q me in paruis reprehē-  
dis diceret, respondit, at est consuetudo non modica. Eadem ratio habenda  
est de cæteris ludis licet leuioribus, qui speciem habent etiā aleq;, qui & eorū  
quæ postea grandiores serio facturi sunt imitationis causam uident præsta-  
re, cuiusmodi est apud Insubres ludus plūbeorū nummorum, cuius pessima  
consuetudo avaritiae atq; oīm quæ ex avaritia gignuntur uitiorū est prouo-  
catrix. Nec aliud iudicandū uidetur de ludo nucū, quo in ælia pueri, in he-  
truria puellæ plurimum exercen̄t. Quem a Nasone periocoſe descriptū, po-  
eta etiā alter non ignobilis aleam prauam ac dānosam appellauit, Latrun-  
culturum uero ludum licet ingenio constet, nō multū tñ literatis hominib;  
conuenire arbitramur, qd mentē iam literarū studiis fatigatam recreare ma-  
gis cessatione & quiete q nouo meditationis labore grauare oporteat. De  
hinc q tempus quo nihil habemus p̄ciosius ea ludi uanitate totū inepte cō-  
sumimus. Quare qui se ubi a literariis laboribus respirādū erit honesta sem-  
per aliqua cogitatione etiam inter cessandū occupare uoluerit, satius faciet  
si cum æqualibus suauiter & facete de re quapiā ad literas & mores pertinē-  
te fabuletur, aut leui deambulatione utatur, qd ad bonam etiā ualetudinē  
admodū conferet, nam exercitiū usq; ad festitudinem cum medici omnes  
cum Isocrates etiam ad Demonicū plurimum laudauit, id aūtfiet in locis q  
maxime amoenis atq; apricis, utpote uiretis, in littoribus etiā maris alueisq;  
fluminum, exemplo Scipionis ac Lelii, qui cū a maioribus quibus districti  
erant curis animū remittere uellent, non modo in his deambulare, sed calcu-  
los insuper et conchulas lectitare soliti fuisse referunt. Quod Gregorius etiā  
Nazianzenus de se ipso scribit, solitū se inquiens deambulare remotū in lit-  
tore, ac tali quadam refectione laborū molestiam releuare. Sunt & aliæ hu-  
iuscemodi fastiditorum animorū relaxationes, quibus cuiq; pro affectu suo  
utile licebit, sicuti leues adequitationes piscationes aucupia, quanq; hoc postre-  
num ubi ad rapaces uolucres spectat nihil in se grauitatis habere uideatur,  
Erit aūt honestior quæ per modulatrices aut loquaces aues (quibus Augu-  
stum maxime delectatū fuisse constat) recreatio suscipietur. Cætera autem  
quæ non multum adultis conueniunt paruulis magis reliquentur, cuiusmo-  
di risit Alcibiades Socratem, cum interposita arūdine cruribus ludentem  
cum filiolis eum uidisset.

¶ Ad philosophiam ult̄ optimam magistrām adolescentes  
esse inuitandos caput septimum.

¶ Non erit uero negligēdum ut cum ætas patietur inuitetur q maxime  
adolescentes ad philosophiam, quæ ita ad curandos animi morbos inuenta

# LIBER

est, quemadmodum & medicina ad sanandos corporis languores, parum enim prodesset liberos optimis literis erudiri, nisi & egregiis moribus ornaretur, quos a nullis procul dubio melius quam a philosophia (quae uitæ nostræ magistra est) studiis consequentur. Discent enim id ad quod erunt magnopere informandi & deum uenerari & parentes colere, & extraneis procuiusq; etate ac statu honorē exhibere, audire maiorib; minores non fastidire in æquales mansuetudinē seruare, mendaciis & deierationibus nunquam assuecere, nemini maledicere, cum amicis fide, cum mulieribus modestia, cum seruis clemētia cum omnibus deniq; humanitate & moderatione uti, imperare cupiditatib; coercere se, nihil ducere in bonis quod sit subiectum temeritati fortunæ, iusti fines & honesti intelligere, quæ optanda sint quæ fugienda non ignorare, prosperis æque ac aduersis se accommodare, in quo laudandum est quod Diogenes roganti cuidam quid ex philosophia lucratus esset respondit, & si nihil aliud, uel hoc ipsum quod ad oem fortunam præparatus sum, quod sapientis recte proprium est, qui (ut dicit Varro) & bonum ferre potest modeste & malum fortiter. Erit horum non parua certe utilitas, quibus imbuitenera illam ætatem studebunt sedulo magistri, ut a uitiis ad quæ flexibilior est suapte natura, ad uirtutem facilius dirigatur, hoīem enim scribit Plato neq; absolute malum neq; bonum nasci, sed ad utrumq; proclive esse eius ingeniū, habere semina quædā utrarūq; rerum cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina in partē alterā debeant emicare, doctoresq; puerū nihil antiquius curare oportere, q; ut amatores uirtutū sint, uel inter se moribus & institutis eos ad id prorsus imbuere, ut regere & regidiscant magistra iusticia. Quare ppter cætera ad hæc eos oportere ut sciant quæ sequenda fugiēdaq; sunt esse honesta & turpia, hæc uoluptatis, illa laudis.

**V**numquenq; pro suo ingenio ad artes etiam mechanicas applicandu*m* caput octauum.

**T**qm̄ non omnium ingenia literis affecta dedita q; esse possunt, sinen dumerit pro suo quenq; studio ad alias etiæ actiones applicari, nam negociandi mercādiq; exercitium cum priuatim simul & publice honestum, tum admodum etiam necessariū est, quanq; tñ quæ tenuis sit aut solidia iure ac merito mercatura improbet. Agricultura uero omnibus rebus quæ ad acquirendū aliquid utiles habentur est longe iucundior, uberior atq; dignior, Militia quoq; licet depravata sint adeo tpa nostra ut latrociniū magis appellari possit plurimam tñ semper laudē & gloriam attulit, ut utilitas rem possit omittamus, quæ ad propulsandā uim atq; iniuriam extraneorū summa semper ciuitatibus per bellatores queri consuevit, ut quod philosophi omnes predicant, ita etiam uulgo nemo est qui non intelligat. Sacerdoti autem non minor est honos & ueneratio q; religio & sanctitas, neq; quisq; est tranquillior securiorq; hoīm status, in his ergo libere permittendus cuiq; nature suę cursus, Quanq; postremū hoc maiore indigeat prospectione, prudentio regis consilio, propterea q; multi quorum modestia nihil maius esse uideat,

## TERTIVS

uel ambitus uel cumulandarū opum uel degendæ mollioris ociosiorisq; uitæ causa, tñ ad illud ferantur, quibus nescio quicq; ignauius & corruptius, aut em̄ propter deum uirtutēq; aut nullo id alias unq; modo suscipi debet, ne qd ad exhibendū deo honorē intuentum est, in iniuriā eius retorqueat, Præter literas igitur si minus his apti uidebūtur erunt & alia exercitia gbus occupari debebunt, ne per ignauia tempus consumant, torpescatq; desidia, quæ res cum ad domanda uitia effugandasq; ex animis infestas iugiter graves cogitationū libidines, cum ad transigendā decenter sustentandāq; nec fariis opibus uitam plurimū opitulabitur. Quod cum maximū utiq; príncipes obseruauerint, sed præcipue Augustus qui in maiore etiam imperii fortuna natos ex filia (neq; em̄ filios genuit) & literariis et bellicis simul studiis, filias uero lanificio ceterisq; muliebribus artibus erudiri fecit. Nemo erit certe priuatorū qui liberos suos inertī marcere uita nō erubescat, qui licet Croce si Crassiq; diuicias superet, non timeat tamen quod quotidie accidere uimus fragilitatem humanarū rerum, blandientisq; fortunę fallacitatē, stude atq; nō proinde eas ipsis opes relinquere, quas, neq; aduerūt ullus casus neq; humana uis ulla eripere queat.

¶ Qz sceleratissimorum hominum fugiendæ familiaritates.

### Capitulum nonum

Vn̄c quod primo libro (cum de rudioribus annis loqueremur admodum nūimus, maiore rursū cura ubi ad pubertatem peruentū fuerit, quo tempore maiora etiam timenda sunt delicta parentes in filiis custodi ent, præsertim autē ut eorum tantum in eis societatē quorū libera sit conditio, castigati quoq; ac correcti mores. Cōdiscipulorū etiam habeatur ratio, ne cum corruptis flagiciosisq; conuersari sinantur. Assentatorū sed q; maxime confortia ab eis arcebūt, quæ paternā reuerentiam in odiū & detestationem uertunt, quibus uti nulla dulcior ita neq; pestis ulla nocentior. Nam cū omnibus in omni uita magni semper momenti sit in ingerendis nouis affectibus cōmunis (quæ habeatur inter fabulandū cōuiuendūq;) consuetudo, at longe maioris adolescentibus propter inexperienced rerū habundantēq; in eis & assidue se mouente calorē, qui ueluti cera ad cuiuslibet rei similitudinem facile ducuntur trahūturq; quocuncq; flexeris, instar tenerorū uirgul torum, quæ eius semper cui applicata fuerit stipitis formā uel directam uel obtortā seruant. Quare credunt omnia facile, pronicq; sunt ad miserationē, mutantur etiā persēpe opinionibus, sodalites & amicitias (quibus admodū capiuntur) frequenter ineunt, quas nec diutius persistentes statim dirimunt, affectus suos plurimū sequuntur, cōcupiscuntq; uehementius & acutius, cōcupitisq; ubi potitiuerint citius satiantur, paterna bona dilapidant. Alea & commissationibus gaudent, equis canibus uolucribusq; delectant, sine ulla autē comparatione ad uenere & libidine magis proclives sunt, quæ quo maturiore eo etiam animi corporisq; est eneruatio, tñ possūt qui imperiū quā si quoddā sibi uidetur uendicasse, subblādientes calescentesq; eius etatis mo-

## LIBER IT

et us quibus obstatre summi erat consilii, ut quod arbusculis fieri solet, que ne  
a uepribus sentibus ue suffocentur, contextis circu sepibus cingunt, ita ado-  
lescentibus graues beneq; morati uel aequales uel maiores natu etiam ad-  
iungant, quorū conuersatio proderit maxime ad bene sancteq; uiuendum,  
ad fugienda lasciuarū mulierularum cōmercia, ludosq; blandiores ac earū  
sermones quibus Hippolytus etiam constantia labefactari posset, Ad arcen-  
dam quoq; (qd supra diximus) improborū perditosq; hoīm familiaritatē  
quæ eo magis rudibus infimisq; timenda est, quo nihil sit tam solidum atq;  
integrum qd non dissoluant illi facile atq; corrumpāt, quo loco Augustini  
nostrī adolescentia recte admonet quā multis irretitā malis non aliunde fu-  
isse constat, qd propter pessimū eorum q̄s domesticos habuit exemplū. Nam  
quid eum infensum christianæ pietati reddiderat, nisi assiduus delirantium  
manicheorū usus, unde furtum illud pyror, quod tātopere deplorat facere  
compulsus fuerat, nisi nequissimorū inuicem adolescentulorū adhortante  
protervia. Quid anno illo sextodecimo ætatis suę (ut de se ipse refert) totas  
eū manus uelanæ libidinidare coegerat, nisi æqualiū suorū lasciuiens effre-  
nisq; uita. Quæ cum mater etiā secreto monuisset, cum sollicitudine ingenti  
maxime ne adulteraret cuiusq; uxorem, atq; illi sibi monit⁹ mulieres uide-  
rentur, quibus obtemperare erubesceret, tanta ibat pr̄ceps cecitate, ut inter  
coætaneos suos puderet eum pudicū esse, qm audiebat eos iactates flagitia  
sua & tanto gloriantes magis quanto magis turpes essent, liberetq; iam fa-  
cere non solum libidine facti uerum etiā laudis. L. Catilinā dum inuadendę  
rei publicæ consiliū cœpisset, omniūq; proinde facinorosorū ad patrandū  
qd conceperat scelus amicitias quereret tradit Salustius adolescentiū maxi-  
me familiaritates appetisse, quia eorū animi molles ætate fluxi, dolis haud  
difficulter capiebant, atq; ut cuiuscq; studium ex ætate flagrabat, aliis scorta  
aliis eçs & canes dono dedisse, nec sumptui nec modestiæ suæ pepercisse,  
dum illos obnoxios fidosq; sibi faceret, quos postq; scelestissimus homo ita  
illexerat, attrito paulatim pudore ac fama, multis modis etiam mala facino-  
ra grauforaq; in dies ac pñciosiora docuisse, tñ illis profuit flagiosissimi  
hoīs familiaritas, q̄s tandem eo duce tristis atq; amarus finis inuenit, Nec  
uero prætersbo pr̄cipuū illud quidē & memorabile, qd puerum adhuc me  
recolo a damnato qdam furti audiuisse, erat forte quincq; & uiginti natus an-  
nos, ad quem missi eramus a magistro discipuli, cōspecturi qd de eo sumen-  
dum erat suppliciū, atq; ubi morti se appropinquasse uidit, ad cōfertam cir-  
cumstantium puerorū turbam oculos aciemq; conuertens, proclamans ex  
alta cruce. Suscipite (inquit) ex me adolescentuli exemplū, ut malorum cor-  
ruptorūq; hoīm consortia tanq; pestilētiſſimū anguē fugiatis, q̄rū dulci diu  
illectus ueneno, ad hunc tandem quē cernitis amarissimū finē deuenerim, Cu-  
ius ego uoce (nanç eā ad unguē memoria teneo) nō aliter ac terrifico qdā  
excusso alte tonitu exhorruī totus atq; cōtremui, nec post hac unq; ea in mē  
tē puerō rediit, qn horrore etiā magno ac tremore semp attererer, q̄ uti tūc  
accepi ita nunc q̄c cæteris q̄ p̄cepta hæc forsitan legēt adolescentibus quāta

## TERTIVS

ui possū oris pronūcio ut illīus sempē memores discāt & mōnitīs huiuscē pā  
riter & tristissimo qđ de se parauit exēplo a sceleribus deterreri, deterritīq;  
a pñciosissimis sceleratissimorū hoīm cōmerciis abstinere, cui⁹ et Pythagō  
ras p̄ceptū reliqt (licet obscurioribus uerbis) q̄ nigrātes habēt caudas gusta  
ri nō oportere, denigratā malorū hoīm uitā nigrantes caudas appellans.

**M**ores domesticos ab omī turpitudine alienos esse oportet caput. x.

Orro si extraneorum tātopere turpis uita formidāda est, quanto do  
mesticorum magis, q̄rum & familiaritas maior est & assiduitas, nam  
si corporū morbos grauiores qui intus q̄ qui in cute generant̄ puta  
mus, quis non animorū pestes quæ intra domesticos parietes concipiuntur,  
nocentiores q̄ quę apud fora & plateas esse iudicabit; Quare seruorū maxi  
me aliorūq; qui abiecta exercent ministeria submouenda lōge ab ipsis erit  
cōuersatio, quibus laudis honestiorisq; famę cura uel nulla uel minima esse  
solet, nisi propter senectā morūq; grauitatē ita probata sit eorū uita, ut san  
cto illis exemplo manifeste cessuri esse uideant̄. Commodū Antoninū (quo  
nihil incommodius sensit romanū imperiū) a prima statim pueritia turpē  
improbū crudelē omnīq; libidinis spurcitia inquinatū fuisse legimus, nō q̄  
tantā scelerum immanitatē a patre perceperit, quo nemo certe unq; principū  
sanctitate uitæ p̄stātior fuit, nec q̄ magistrorū illi eruditio defuerit, quos  
& plurimos semper habuit & optimos, sed q̄ a turpissimis assentatoribus  
quibus maxime regū aulę frequentant̄ corruptus extiterit, Neronem adeo  
Tigilini cæterorūq; eius generis ad parādos oēs luxus atq; libidines instru  
cta man⁹ peruertit, ut Afranniū Brutū Annēūq; Senecā se ueros ac sanctos  
hoīes qui lubricā principis etatē salubribus monitis exēplisq; frenabāt mor  
ti tradiderit, Dionysio syracusano fuit filius rāta indulgētia ut absente eo ac  
Dionysii amici cuiusdā iussu malignoq; proposito in curia ipsius ita educa  
tus, ut puero priusq; pubes esset scorta adducerētur, uino epulisq; obrueret,  
neq; ullum tēpus sobrietati relinqueret, tanūq; ualuit eius educationis con  
suetudo, ut postq; pater in patriā rediisset, adhibuissetq; custodes qui eū a pri  
stino uictu deducerent, ex superiore parte ædiū potius ne uitē statū illū com  
mutaret se ipsum deiecerit atq; ita interierit. Inde etiā fieri putādum est qđ  
ad Diocletianū scribens Hælius Spartanus persuadere nitit̄ oēs prope ma  
gnos uiros aut sine liberis deceſſisse, aut tales reliquisse, quibus carere longe  
melius rebus humanis fuisset, siqdē pellecti blandis assentatorū delinimētis  
qui (ut eorū amore assequant̄) omes quascūq; possunt excogitare proponūt̄  
illis uoluptates, molliunt̄ eneruant̄ pedetentimq; ad oēm libidinū insaniam  
prolabunt̄, unde resipiscere propter lōge iam cōsuetudinis iacta fundamēta  
nūq; possint, Inde haud mirū si ex magnis orti uiris corruptiores etiā atq; ad  
uitia quęq; profluxiores habeant̄, nō tam propter laxiore peccādi licentiā, q̄  
pter continuas pessimasq; assententīi eis assentationes, qbus tanq; q̄stuaria  
quadā arte ad aucupādas opulētiorē hoīm opes utiūt̄. Quod p̄spiciēs Anti  
sthenes atheniēsis sati⁹ esse dicebat, cū necessitas urgeret in coruos q̄ in assen  
tatores incidere, q̄ illi mortuos, hi uiuētes deuorarēt, desertos etiam aiebat

# LIBER

Crates qui cum assentatoribus essent, non secus ac uitulos cum inter lupos sunt, tam em̄ ab illis q̄ ab his utrobicq̄ insidias parari, Isocrates quoq; habendos odio adulatores dicit ita atq; deceptores, q̄ uterq; credētem sibi decipi at. Non absurde aut̄ eos Diogenes beluas mitiores appellabat, cum obtructores feras diceret. Ut dulce est igitur ita perniciosum assentationū virgines, in quo grauissimus etiā quisq; facile falli potest, q̄ nemo sit qui non talē esse se existimet, ut iure laudetur, qui nō laudari se audiens capiat, atq; ipsis ultro faueat laudatoribus suis. Quo circa cū omnes tum potentes maxime hoīes huiuscmodi pestiferis contagiis purgare domos oportet, at uero ubi uel su apte natura uel mala aliorū consuetudine corruptū filium pater animaduerterit, non grauiter obiurgare, non asperiore eum censura increpare, non excandescere, non graues diu cū eo iras alere debebit, sed facile indulgere, dissimulareq; plerūq; multa, ac surdis (ut aiunt) auribus clausisq; oculis pertransire, nam qd nequit durior disciplina, mansuetior sepe manus effrenem adolescentiam domat, scribens ad Sisinniū Ambrosius, fecisti (inquit) qd boni parētes ut filio cito ignosceres, sed obsecratus, nam anteq; rogareris, nō erat ignoscere sed factum probare, deinde diutius differre ueniā, & tibi acerbū & illi utile. Monens quoq; Plinius seueriorē quendā patrem ne filium suum durius acerbiusq; tractaret, cogita ait & illum adolescentulū esse, & te fuisse, atq; ita hoc q̄ es pater utere, ut memineris te hoīem esse & hoīs patrē. Sed & erit utilissimum ubi lasciuire effundiq; licentius filii ceperint, cōnubio eos ligare, tanta em̄ tanq; mira est uis coniugalis vinculi, ut cū sapientes plerūq; ad stulticiam redigere soleat, stultos tamen sapientes efficiat.

¶ Quo studio ac diligentia filias a parentibus educari expedit capitulum undecimum.

Vod aut̄ in maribus supra monuimus, maiore etiam erit in fœminis obseruandū studio & diligentia, quarum & famæ cautius est consuendum et periculis uigilantius occurrentū. Magna igitur cura suscipietur, ne adolescentulorū utant colloquiis, eorum maxime qui compti comatuli formosuliq; sunt, ne extranearū puellularū habeant commerciū, earū præcipue quæ calamistratæ, quæ dispaliatæ incedunt, quæ peregrinos olent odores, quæ ambitiosius se ornant atq; induunt, quæ cultioris formæ suæ curiosiores uident, quæ exquisitioribus medicamentis fucant capillos & faciē, alimenta cuncta libidinum insignisq; ac manifestè impudicitię argumenta, quæ amatoriis cantibus cupide indulgent, ne earū exemplo obseruare incipient, qd a lasciuo poeta lasciuis puellis p̄cipitur. Res est blanda canor, discant cantare puellæ. Semouendè erunt quæ iocis & salibus, quæ blandioribus literulis, quæ lyrarū pulsibus saltationibusq; delectantur, quas res nihil uirtutis in fœminis arguere perspicue docet Sempronia illa, quam Crispus refert multæ facecię multiq; leporis fuisse, ingenio haud absurdo, posse uerus facere, iocum mouere, sermone uti uel modesto uel molli uel procaci, literis græcis atq; latinis doctā, psallere & saltare elegantius q̄ necesse sit probe

## TERTIVS

mulieri, & multa alia quæ instrumenta luxuriæ sunt. Ancillarū quoq; dome  
sticarum quæ adolescentiores fuerint frequentior confabulatio districtiorq;  
familiaritas inhibebitur, quæ cum nihil graue & sanctū docere illas possint,  
propter ruditatē animorū rerūq; inexperiencedā. At cōtra timēdū est ne quo  
niā cōditio ipsarū est uilior & talc; lasciuior illecebrosis quibus exultare pos  
sent dictis & exhortationibus depravent in eis siquid ingenuitatis ab opti  
mis parentibus susceperint. Arcendae sed pr̄sertim erunt quæ uage atq; er  
rantes firmo cōtinere se haud loco posūt, alienas autē frequentius domos  
circumeunt. Quo magis iure mihi accusandus uide mos quarundā ciuita  
tum, apud quas ancillas passim omnibus permisū est cum ocio per festos di  
es indulgetur ad suum quemq; ire amatorē, exaciandæ libidinis causa, quid  
cū foeda simul ac stulta licentia indignius dici queat; quid est quod uel publi  
cis omnium uel priuatī singulorū rebus maiorē afferre possit infamiam  
maiorēmq; perniciē, quale putatis dicite sapientissimi patres familias? qua  
le suscepitur sunt filiæ uestræ ex ancillis castitatis exemplū; cum quid absen  
tes cum mœchis agant intentius animo uersabunt, cum reuersas ex pollutis  
simis illis contuberniis audiant, & plausus & cōpotationes & spurcissimos  
concubitus inter mutua colloquia recensentes, cum incipient nosse nomina  
pariter ac conditiones, facies quoq; nequissimorū adolescentiolorū cū blan  
das ueneris insidias dulcesq; fructus referentibus illis intelligent, cum ceden  
te paulatim pudore secretiora etiā ac obſcæniora quæq; furtim sibi narrari  
gaudebunt, dicite appello uos patres simul ac matress familias, dicite pro ſū  
ma luce sapientię uestrę, ita ne existimatis candorē honestatis queri studiūq;  
innocentiae & puritatis nasci, ita ne amorem pudicitiae tenellis mentibus ge  
nerari, ita ne iuueniles frenari impetusq; eblientesq; adolescentię flamas  
ignesq; restringi, at excusabitis non temere eam a uobis concedi illis uagā  
di licentiā, q; cōmodiore inde follitione q; opera earū utamini, q; prōptio  
res demum alacrioresq; seruitia exibeant, Nihil profecto consultius, lauda  
mus prudentiā, ita ergo agite, sed ea lege, ut si earum exemplo in licentiō  
aliquā filiæ turpitudinem prolabantur, secordiæ id magis uestræ q; illarum  
lasciuiae ascribatis, quam satius autem erit ministeria talium diligere, quæ  
& annorum simul & morum grauitate commendentur, quæ suscepta ab  
eis longe confortia arceant, quæ assidua illas sub custodia contineant, ut in  
comitatas neq; domi manere neq; foras prodire unq; patiantur, quarū non  
tam uita q; salubribus etiā monitis edificant et sobrie caste religioseq; uiuere,  
& artificiis fœmineis sedulo operā dare, quibus docētibus cum ab reliquo  
omniū opere cessare tempestiuū fuerit, assuescat deo genua flectere, diuinis  
nunc obsecrationibus nūc uicissim lectionibus insistere, cātus autē sacros tū  
aut nullos omnino modulari, uerba non blandidula ac risū fuscitantia sed  
modestiam & sanctitatem redolentia proferre. Huiuscmodi igitur ministras  
cōponendis magis familię moribus q; seruitiis prestandis aptas habere pr̄  
stabit, quæ ut tales uti demonstrauimus habeant magnopere quisq; curare  
debet, & cū habuerit ne dubitet perpetuā ſe cōseceturū leticiā, pro ſuscepta

# LIBER

Sobolis sue egregiis moribus, beneque composita uita. Atque ut ducem quidem operis nostri Monicam minime hoc loco pretereamus, unde ad tantas illa uirtutum dotes & ornamenta quibus excellentissime claruit, nisi famule cuiusdam decrepitae (qua primo etiam libro memor auimus) cura & institutione puerit, que (ut scribit Augustinus) patre eius infantem portauerat, sicut dorso grandiuscularum puellarum paruuli solent, cuius re gratia & propter senectam ac mores optimos magno in honore a dominis habebatur, unde etiam cura dominicarum filiarum commissam sibi diligenter gerebat, & erat in eis coercendis (cum opus esset) sancta seueritate uehemens, atque in docendis sobrietate prudens, Nam eas praeter illas horas quibus ad mensam parentum modestissime alebantur, etiam si ardescerent siti nec aquam bibere sinebat, praecauens consuetudinem malam & addens uerbum sanum, modo aquam bibitis quia uinum non habetis, cum autem ad maritos ueneritis facte domine apothecarum & celiorum aqua sordebit, sed mos potandi permanebit. Hac ratione precipienda & auctoritate imperandi frenabat auditatem teneroris aetatis, & puellarum situm formabat ad honestum modum, ut iam nec liberet quod deceret. Quae faciliter nobis etiam coniecturam praestat, quibus praeter hec aliis insuper consiliis atque rationibus in institutione earum prudentissime uteret, quam cuncta quae nos educandi precepta tradidimus ad unguem diligentissime obserueret, quae sub temulentem cuiuspiam aut stolidem impudicem fœminæ custodia enutririri Monicam forte contigisset, haud facile crediderim ad tam illam uirtutum cumulum, ad tantam demum sanctitatis excellentiam peruenire potuisse, neque enim alios qui uisset illa mores imbibere, quam ab altrice (cuius a laterem nunquam discedebat) accepisset. Quis tamen igitur facti imitatione non studeat eiusdem modi custodes liberis suis praeficere, ut iisdem postea etiam moribus & uirtutibus preditos eos aliquando habere letetur, Quis non sumas laudes uili huic licet & abiecte mulierculae attribuat, cuius causa precipue tanti meriti atque sanctitatis fœminam habuisse nos fateri necesse sit. Nam si Monicam singulari eximiaeque laude dignam putamus, quod filium nobis Augustinum suis precibus lachrymisque pepererit, quis non maxime etiam longuam hanc famulam laudet atque extollat, que tales nobis illam (qua inter mulieres mirificentissimum dici potest) studio sancte sue educationis attulerit? O sancta igitur educatione, o anum uenerandam, o laude omni extollendam, o quam amare colere imitari & altrices & matres merito omnes debeant, quae sancta sua institutione tam præstantem mundo tanquam excellentem sanctitate Augustini matrem dedit, qualiter neque satis admirari neque digne unquam laudare quisque possit.

**T**Q, sit habenda earum ministrarum ratio quarum auctoritate & exemplo puelle recte uitam instituant capitulum duodecimum

Este igitur ratio habebitur ministrarum, que consilio atque auctoritate pdesse liberis queat, non earum quae aetate infirmiores emendatione magis egere quam ad emendados aliorum mores apte esse uideant, quorum augminto illis conuersatio erit inhibenda, aut ita permittenda, ut dissidente magis

## TERTIVS

inuicem quam secretiore illa frequentius familiaritate coniungantur, quae res in liberali institutione non parui momenti putanda est. Nam quemadmodum ad generandos seruiles corruptosq; mores plurimum conferet seruile commercium, ita ad exprobrandos corrigendosq; non parum proderit ipsarum dissentio, quod & Monicæ dum subrepsisset aliquando ei sub primis annis uinolētia (sicut filio narrare solebat) magnū constat adiumentum præstisset, cum em̄ de more tanq; puella sobria iubereſ a parētibus decupa uinum depromere, submisso poculo qua desuper patet priusquā in languardā funderet merū primoribus labris sorbebat exigūt, quia non poterat amplius sensu recusante, nō aut ulla temulēta cupidine faciebat hoc, sed quibusdā supfluentis ætatis excessibus, qui ludicris motibus ebulliunt & in puerilib⁹ annis maiore pōdere p̄mī solēt. Itaq; modicis modica q̄tidie addēdo in eam consuetudinē lapsa erat, ut prope iam plenos mero caliculos inhiberet hauriret, neq; tunc sagax anus & uehemens illa prohibitio quicquam ualebat aduersus latente morbum, nisi ancilla cum qua solebat accedere ad cupam litigans cum domina minore (ut fit) obiecisset hoc crimen amarissima insultatione, uocans meribulā, quo illa stimulo percussa respexit fecitatem suam confessimq; damnauit atq; exuit. Hæc itaq; quæ prescripsim⁹ educandorū liberorū præcepta parentes suscipiant, atq; ea (quicunq; educationem ipsorū lētam habere cupiunt) diligentissime obseruent, Augustini aut & Monicæ (quorū exemplis non parū ad id excitabunt) recordationē ne unquā omittant, qbus ducib⁹ cū cuncta q̄ p̄cipimus rite executi fuerint illud unum etiam qđ contemnendū minime restat imitatione ipsorū efficiēt. Nam cū salutē filii Monica quē libidine corruptissimū manicheorūq; erroribus illaqueatissimū diu atq; amare deplanxit, assiduis tandem ac flagrātissimis suis (quas deo profundere nunq; illa cessauit) precibus & lachrymis impetraverit, Quis erit parentū qui nō pari exemplo imitetur etiam deum pro liberis suis enixius orare, qui diuinā pro illis opem sollicitius implorandi magnā non ultro curam suscipiat, ut egregiis uirtutū ornamentis quib⁹ p̄diti extiterunt eo adiuuante qui bonorū omnium largissimus est donator augeantur. Ab turpissimis aut si quibus inquinati fuerint flagitiis eo etiā miserante (qui neminē non conuertere optat) retrahant. Sancte monens Ambrosius matres ablactate inqt filios, diligite eos & orate pro his, ut lōgēi super terram sint, monete eos ut magis crucē domini tollant, q̄ hanc uitā diligāt, ita ergo agant, ita Monicā imitent, cuius cū tāta fuerit uis precū atq; lachrymarum, ut ad sese deum quasi renitentē deflexisse videatur, desperare certe nemo debet pro filiis infectis quantauis uitiorū labe, quin piis obsecratio nibus deo cōmendati ad meliorē tandem uitę frugem reuocent. Quo enim deo per fabulationē quasi quandā familiariter propinquam⁹ magis & coniungimur, eo illi etiā chariores ac proinde ad impetranda quęcunq; libuerit aptiores sumus. Quare nō magnifice instruētis templis delectaſ, nō sumptuosē exultis uasis, nō largiter cæsis uictimis, quibus nihil illum indigere palā est, sed puris castisq; officiis piis uoluntatibus sanctis animis ac puris affectu

# LIBER

bus, quibus in illum toti migramus, toti transfundimur, toti requiescimus, his nobis ille conciliandus, his quærendus, his placandus ut nos diuini uatis uersus illi recte instituere uidentur. Non accipiā de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos, qm̄ meae sunt omnes feræ syluarū iumenta in montibus & boues. Nunquid manducabo carnes taurorū aut sanguinē hircorū potabo? immola deo sacrificiū laudis & redde altissimo uota tua, & inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me. Quod et a gentili poeta in eandē quoq; sententiā diuersis licet uersibus admoneatur. Dicite pontifices in sacro quid facit aurū, Nempe hoc qd ueneri donat a uirgine puppae, Quin damus id superis de magna quod dare lance, Non possit magni Messalæ lippa propago. Compositū ius fasq; animi sanctosq; recessus, Menticis, & incoctū generoso pectus honesto, Hoc cedo admoueā tēplis & farre litabo. Hactenus parentes quibus educare modis liberos debeat satis instituimus, nunc quod reliquum est ad claros adolescentium mores tradendos sermonem tandem nostrum conuertamus.

## LIBER QVARTVS

### Q. PVERI AD LABORES TOLERANDOS SE

assuefacere debeat caput primum.

On parui sunt laboris & diligentiae quæ nunc adolescentibus præcipue tradituri sumus, sed cum utilitatē quā ex labore nostro non minorē sunt cōsecuturi animaduertimus, nihil est tam graue & labiosum, quod non eorum causa leue nobis fiat atq; periucundū. Adhibeant igitur præceptis nostris aures attētissimas, ut his salubriter imbuti ad q̄ bene & morate uiuendū sit instituti, possint adolescentiā q̄ lætissimam quancq; ab omnibus laudatissimā agere, tanta est em̄ uis & gratia uirtutis, ut lætos semper laudeq; omni abunde cumulatos possessores suos efficiat. Quod recte expressit Virgilianus ille Alethes Niso & Eurialo egregiis adolescentibus quibus dum pro arduo ad quod se obtulerant facinore multa pollicet, ante cætera primū a diis moribusq; suis premiū suscepuros eos dicit. Quod & nos ipsi itidē attestamur si nostra monita obseruauerint, nō modo adolescentia sed reliqua insuper omni etate fructuros esse, & tranquillissima & beatissima, nam propter dulcem retro bene actæ uitæ recordationē lætior nimis in dies fit animus, propter uero maiore usum maior simul querit ueneratio & auctoritas, maioraq; proinde commoda ad uitæ adiumenta oriunt. Quare sanctissime admonebat adolescentes Bias Priençus, ut uiaticū sibi ad senectutem sapientiā compararent, q̄ sola ea esset uera certaq; possessio, Nam si cuti per serenū æstatis tempus ea parant que sub pluviosa duraq; hyeme necessaria uident, ita & ab adolescentia boni mores bonaq; disciplinæ que sequentur postea consolent parari debent, inde Aristippus etiā ille Soeraticus cum interrogaret quænam iuuenes oporteret discere, Ea respondit quæ uiris usui sunt futura, sapientiā utiq; & ipse signans, Quæ dura licet primū &

## QVARTVS

aspera uideatur, suauissimos de mī ac stabiles perpetuosq; parat fructus,  
cum contra uoluptatū blandus & melliculus ingressus, amarus uero ac pni  
ciosus longe semper sit exitus, Quas non immerito & Antisthenes summū  
malum, & Critolaus peripateticus non modo sum mī malū sed multorum  
insuper aliorū malorū causam & originē. Plato aut̄ malorum etiā oīm escā  
appellarunt, uoluptates deniq; ut dicebat Isocrates eas t̄modo amplecti  
debemus quæ cum gloria sint, nām quę ab honestate non essent alienæ opti  
mas quidē, contra uero quibus nulla honestas inesse pessimas affirmabat,  
quæ cum tanq; latrones iugiter nobis insident, summopere ab eis cauendū  
est, indicendū est eis æternum bellū, non more fortissimorū q̄rundam ducū  
qui cum armis pugnantes multas subegerint urbes & oppida, innumera  
biles domuerint gentes, ip̄i t̄n a uitiis turpiter subacti domitiq; sunt, dura est  
cum illis uirtute agendū, sudore instandū, quem ante eam deos posuisse tra  
dit Hesiodus, uigilandū, algendum, æstuandū, labori haud ulli parcendum,  
qua duce puluerulenta & illa callis durata pro muris quoq; stans robusta,  
indefessa, inuictaq; describit. Sequendū est illud Flacci perpetuoq; memorie  
commēdandū. Qui cupit optatā cursu contingere metā. Multa tulit fecitq;  
puer sudauit & alsit. Abstinuit uenere & baccho. Enitendū est ad qđ Grego  
rius Nazianzenus eos hortatus est, ostendat inquit iuuenes aduersum uitia  
fortitudinē suam, & in hoc utantur iuuentutis feruore, uel iuuenilibus erro  
ribus cedant maturitate prudentiæ, lasciuia ætatis uincentes, gratulabūtur  
procul dubio de hac uictoria magis q̄ si fuisset in olympiaco certamine coro  
nati, uincent em in illo stadio uel theatro in quo humana certamina angeli  
spectant, & corona earū nulla senectute marcescat, habebunt namq; non par  
uitq; sed eternam securitatē cum de hoc certamine coronati abierint ad re  
gionem uiuorū, nec absterreat quenq; laborum difficultas, quæ (quantula  
cunq; sit) per assuefactionē t̄n leuis & mitis fieri, tanta est eius uis ut nihil nō  
durum domet & mansuetat, ferrū frequenti manuū attricatione obteri  
saxa quoq; crebro imbre cauari cernimus, infœundi sœpius agri si diligenter  
sunt culti luxuriant, contraq; fertilissimi si negligentius habeant degener  
ant. Equi qui lapidosis in locis enutriti sunt securiorē induūt poste a animū  
nec asperiora unq; ulla itinera aspernātur, qui uero palustria & mollia loca  
incoluerunt, timidiiores hi euadunt, nec temere salebrosis se ac montosis uiiis  
credūt, quare Xenophon in libro quem scripsit de disciplina equorū monet  
magistros eorum, ut ante stabula iaciāt lapillos, quibus a primis annis assue  
tae ungulæ duriora mox etiā cum maiores anni successerint saxofaq; loca  
minime reformident, in quo etiam laudatur tardius ungulis eorū subiici so  
leas ferreas, ut quę longo iam usu callis obduratae fuerint, minus nocimenti  
sentiant, cum inter ambulandū nudari forte cōtingat. Ad ferendos uero mi  
litie labores aptior longe est qui & imbrifodiendæq; terræ, q̄ qui umbra &  
mollibus plumis assuetus est. Sapienter ergo Isocrates monebat suscipiēdos  
sponte esse labores, in eisq; corpus exercēdum, ut cum alijs quos nolemus la

# LIBER

boribus grauari contingeret, leuius eos sufferre possem. Prudentissime quod Diogenes dicebat, uoluptatis contemptum si nos assueferimus iucundissimum fieri, & sicut ii qui consueuerunt uoluptuose uiuere, moleste inde se auerbi patiunt, ita qui aliter exercitati sunt gratissime ipsas contemnit uoluptates. Nam est uti uoluptatis (cum longa in consuetudinē transit) ita & laboris ubi ab unguiculis diu duratus fuit indita quædam necessitas, quibus carere non sine molestia magna qui iis assuefacti fuerint possunt, habet enim & labor suas uoluptates, sine quibus haud unquam tanta quæta legimus uel geri uel scribi potuissent. Quare ipse ultro estate se in feruida harena uolutabat, hyeme uero statuas niue perfusas complectebatur, omni ex tempore seipsum ad laborum tolerantiæ exercens, ideo eadem uitæ forma qua Hercules se uiuere affirmabat, caeteros autem qui suscepisti in utilibus laboribus naturales egregiosque repudiarent, per summam dementiam infelices esse asserebat, Zeno quoque stoicus aliud laboris & patientiae exemplum adeo assuetus laboribus fuit (quod loque pluris ille quam omnes delicias faciebat) ut ab homibus diceretur neque seu a hyeme aut gelido imbre neque torrido sole aut dura uir morbi domarie non potuisse, non rapi his quem uulgo placent, sed studiis altis quibus solis intentus uigilaret, diu noctuque laborum etiam supra oculos toleratissimum, summamque ob id gloriæ adeptum fuisse constat Cleantem eius discipulum, quo ille adeo delectabatur, ut lacone quodam affirmaret, laborem esse bonum prosiliens statim in eius commendatione gestiensque diceret. Sanguine præclaro es dulcis nate. Lacedemoniorum leges a Lygурgo latæ ad laborum tolerantiæ quam maxime adolescentes eruditiri uoluerunt, quibus firmati aptiores postea erant cum viri euasi sentent ad sustinenda quæque durissima ac grauissima, dissoluunt quippe deliciis solidaturque laboribus humana omnis uirtus. Catonem quoque Vticensem legimus ita corpus assuefuisse laboribus, ut & calores sponte toleraret, & niue dete cto capite iterque conficeret sine uehiculo, at cum amici qui una iter faciebat equis ueherent, ipse cum illis loqueretur pedibus uadens. Sed est præterea laborum ac uoluptatis non permanens persistens uel aliquis status, festinanter enim transeunt, ut nihil eorum quæ uel duriter uel delicate egerimus sentiamus, sola autem quemque labore iucunditas, uoluptatemque semper amaritudo sequitur firma stabilis atque inconcussa perseverat. Cui consentanea est sancta illa & nunquam obliteranda Catonis sententia, quam in oratione habita Numantiae apud egestes dicit. Cogitate cum animis uestris si quid uos per laborem recte feceritis, labor ille a uobis cito recedet, benefactum a uobis dum uiuetis non abscedet, Sed si qua per uoluptatem nequiter feceritis, uoluptas cito abibit, nequiter factum illud apud uos semper manebit.

¶ Verecundiam commendatissimam esse in adolescentibus caput secundum.

Vt meos igitur tanta maneat bene institutæ adolescentiæ premia incubant alacres labori, suscipiant sapientiam, diligent probitatem, collant uirtutem, ac tanquam arma quæ ut Antisthenes dicit tolli non quam possint induant, contemniant delicias, quas idem quoque dum a quodam forte

## QVARTVS

laudarent, inimicis suis optauit, obiiciant ignauiam, pessundent uitia, horre  
scant uoluptatem, nec minus q̄ Meduseū caput procul absistētes effugiāt,  
ab insidiatricibus eius blandiciis dulcibusq; uenenis longe se p̄cauentes præ  
seruantesq; custodian, Quod ut faciant cum multa tum maxime uerecun  
dię & pudoris cultus quo nihil conuenientius eis esse potest adiuuabit, Nam  
cum senectuti grauitas iuuentuti alacritas, cuiq; sua virtus, at adolescentiae  
præcipua etiam quadā dote debita esse uerecundia uidet, qua duce cuncta  
ingeniorū morūq; ornamenta, atq; ipsam (qua inter cæteros mortales præ  
stabunt) ueram solidāq; uirtutem summā cum omni laude consequentur,  
neq; enim est uirtutis magis proprium quicquam quam uerecundia. Quod  
recte animaduertentes maiores nostri cum eam describerent rubicundam  
etiam conueniētissime depingi uoluerunt. Quare & Diogenes cum uidisset  
adolescentem rubore perfusum pulchre illi dixisse traditur. Confide fili, hu  
iuscemodi est uirtutis color. Tanta aut̄ habita est illi ab antiquis ueneratio, ut  
nō nisi timide & uerecunde summos etiā oratores atq; id arte quadā ad di  
cendū accessisse dicat Cicero, & magnus ille Crassus oīm ætatis suæ eloquē  
tissimus, idq; & in ceteris animaduertisse & in se ipso sæpiissime etiā expertū  
fuisse, ut permoueret & exalbesceret in principiis dicendi et tota mente atq;  
artibus oībus cōtremisceret, in q̄ mirificū certe quendā pudorē fuisse affir  
mat Cicero, qui tñ non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commen  
datione p̄dasset, Taceo poetas quorū præcipue apud latinos primarii Vir  
gilius & Horatius timidissimi extiterunt, Xenophon Atheniensis cū specio  
sissimus fuerit, summā etiam innatā sibi uerecūdiam habuisse memoratur,  
Itidem & Plato & Xenocrates. Scænicorū aut̄ licet impudentissimi uideret̄  
mos tñ ut scribit Cicero tantā habuit ex ueteri disciplina uerecundiā, ut in  
scenam sine subligaculo prodiret nemo, ne quo casu corporis partes quedā  
aperiret̄ & aspiceret̄ nō decore, refert Plutarch⁹ cū uirgines milesq; inaudita  
quadā cupiditate mortis se ipsas ultro suspendio interimeret̄, neq; ullo id re  
medio prohiberi posset, decretum fuisse ut que ita se enecassent proferrent̄ in  
publicum suspensis om̄es corporibus atq; nudatis. Apud quas potuit tñ pu  
doris ratio ut eo solo deterrite ab inhonesta illa morte in posterū abstineret̄  
Domitianū perniciosissimū illud infandissimūq; portentum uerecundia tñ  
oris ferunt commendatū fuisse, eaq; se aliquā commendatione lœtantē iactas  
se Sabinam poppeā Neronis concubinā, & mulierem impudicissimā, que ut  
mundior candidiorq; esset asinino etiā lacte balnearet̄, quingentasq; ob id  
fœtas asinas nutriri, raro in publicū egredi, aut si quando egredere uelata  
semper magna parte oris incedere solitam tradunt, qua specie uerecundiæ  
pulchrior gratiorq; omnibus eam intuentibus habere. Tanti em̄ est pudo  
ris æstimatio apud scelestos & infames etiā quosq; ut & eum in aliis laudare  
& in se quoq; ostentare pulchrū putent, hanc itaq; qua impudici etiā laudari  
optant solo ueroq; amore uirtutis efficacius colant adolescentes, hanc lœtius  
exosculent̄, hanc strictius amplectantur, nos aut̄ qua earn ratione quibus ue

# LIBER

modis colere debeat (quantum tenuitas ingenii nostri adiuuabit) docere stū debimus. Parum em̄ prodesset uirtutis cuiuspiā obseruationē præcipere, nisi quo pacto obseruanda esset distincte explicaret. Scire igitur oportet quibus uerecundiæ cura fuerit personarū in primis, dehinc rerū locorū temporūq; consyderationē habendam esse, qdç ad personas pertinet dei primo quem principiū rerum oīm esse constat, deinde parentū, postea extraneorum, de munū sui etiā ipsius rationem haberī debere, quæ cum a sacris tum a gentili bus quoq; scriptoribus passim præcep̄ta fuisse inueniunt̄, iure igitur deo pri munū pudor habendus est, ut scilicet qd a Solone illo (qui fuit unus ex septē sapientibus) atq; ab omnibus sacris auctoribus preceptū est debitū ei hono rem exhibeamus, atq; ita exhibeamus ut quod & Bias alter etiam sapiens admonuit non aliter de eo uerba faciamus q̄ ut sit, furiosi em̄ esset putare tā pulchram rerum hoīmq; compagē sine summi alicui opificis diuino uigo re conflari potuisse, quare merito damnatis sunt Diagoras & Theodorus q̄ deos esse aperte negauerūt, recte etiā Athenienses fecisse uident̄, qui Prothagorā q̄ opus edidisset cui princiū erat de diis necq; ut sint necq; nō ut sint habeo dicere, urbe atq; agro exterminarūt, combustis etiā in concione eius libris, Cum fuisse aut̄ eum semper foreq; etiam semper credendū sit, reliquū erit ut & unum tm̄ esse qd̄ aliquā etiam ipse præcepit minime dubitemus, de hinc ut in quacunq; quā acturi erimus re nostra oremus illius opem primo atq; imploremus, & cū qd̄ optabamus assediti fuerimus; ad eum utiq; tanq; ad certissimū indubitatis simūq; oīm bonorum auctorem referam̄, proinde quoq; prosummis continuisq; in nos eius beneficiis laudes illi & gratias habeamus agamusq; semp̄ immortales, qd̄ & diuina s̄epe monent eloquia, & illo nos maxime saluator nos inuitat exemplo, qui mundatis decem lepro sis agenteq; uno tm̄ gratias, alios ingratos animos exprobauit, non modo aut̄ habere & agere sed & referre illi insuper gratias debebim̄, honorātes eū in primitiis oīm rerum nostrarū ut sacri primo institutores tradiderunt, qd̄ qui non obseruabant longe christi cultores erubescant, cum id a gentilibus erga deos suos religiosissime semper inuiolatissimeq; custoditū sit, ut mirū uideatur pro suscep̄tis frugibus partisq; uictoriis quantū studii in uitimare litatione ludorumq; celebratione adhibuerint, præter auspicia, sine quibus nihil uel publice uel priuatim gerebat, præter quoq; urbium murorum armorūq; solēnes ac religiosas lustrationes, & puerorū etiam qui qm̄ cum natū essent nono aut si puellæ erant octauo die instar christianibaptismatis lustrarentur, simulq; propriis tunc impositis noībus uocarentur, lustrati ideo illi dies infantium appellabant̄, Neq; uero pro externis tm̄ bonis referenda sunt deo gratiæ, q̄ pro parta etiam uirtute, ingeniorūq; & doctrinarū ratio ne, quod fecisse fertur Pythagoras, cū in geometria quiddā noui inuenisset, musis em̄ bouem immolauit, licet id nō probet Cicero, qm̄ ille ne Apollini quidem Delio hostiā immolare uoluit, ne aram sanguine aspergeret. Cum summū igitur nobis atq; ante omnia præcipuū studiū esse debeat, cognoscē

## QVARTVS

di colendiq; dei, curandū summopere erit ut nihil impurū aut turpe aut qd diuinum maculet honorē loquamur, maxime uero ne per eum iurare consuecamus, qd & Pythagoras uetabat id admonēs quenq; studiose curare oportere, ut ex uitæ merito magis sibi fides habere, quemadmodū de Xenocrate legimus, cui ob singularē quam cognoscebant in eo athenienses in tegritatem remiserūt ius iurandū, cum iniurati tñ nullius unq; testimonium admiserint. Quare Solon quoq; uirtutē & probitatē iuramento fideliorē censendam esse dicebat. Sane in re pecuniaria non esse iurandū per aliquem deum p̄cepit Isocrates, etiam si uera dicerent, nā uel peierare uel audius animum pecunie intendere quisquis ita iurauerit ab oībus iudicabat, Iuramentum uero p̄stū recipi debere dicit ob duas causas, uel ut a turpi causa q̄s absoluatur, uel magnis a periculis ut amici seruent. Sed cauēda est etiam eo prefertim assiduitas iurandi, q̄ contemptu esse proxima uidetur, & cum in crebruerit ne peiere, etiam crebri propter facile labi humanā fragilitatem timeri debebit. Quod & diuina monet auctoritas, iurbationi em (inquit) nō assuescat os tuum, multi em casus in illa, nominatio uero dei non sit assidua in ore tuo, & noībus sanctorū non admiscearis, qm nō eris immunis ab eis, sicut em seruus interrogat⁹ assidue a liuore nō minuis sic oīs iurās & noīans in toto a peccato non purgabit. Vir multū iurans replebit inquitate & nō discedet a domo illius plaga. Eleganter q̄q; Augustinus contra Faustū Manicheūm peierare (ait) graue peccatum est. Non iurare aut sicut & uerum iurare nullū peccatum est, sed quia longius remotus est a falso iurando qui nec iurare consuevit, q̄ qui uerum iurare. Nam iurare procliue est ad peiuriū, Maluit nos dominus & non surantes non recedere a uero, q̄ uerū iurantes propinquare peiurio, Itaq; & apostolum dicit in sermonibus quos habuisse narratur nunq; iurauit, ne iurandi consuetudine aliquā uel nescius in periurū laberetur, in scriptis aut ubi est consideratio maior atq; propensior pluribus locis iurasse inueniri, ne quisq; putaret etiā uerum iurando peccari, sed poti⁹ intelligeret humanae fragilitatis corda non iurando tutius a periurio cōseruari. Sancte hæc quidē a sanctis auctoribus tradita sunt, Cum uero per nomen eius quicq; firmatū fuerit, formidandū etiam plus morte erit, ne id ullo pacto unq; uioletur, qua in re cum apud nos tum apud gentiles quoq; seuerissimæ pœnæ adiuentæ sunt. Nam ut nostros prætereamus, romani adeo illibatam inuiolatāq; iuris iurandi religionē habuerunt, ut M. Attiliū regulū (quē carthaginenses romā miserunt) per celebre sit quia iurauerat carthaginem se reuersurū maluisse ad crudelissimos hostes redire, a quibus nouis demum horrendisq; pœnarū modis excruciatus est, q̄ contra præstitā iura mēt fidē in columē domi permanere, Prelio aut cannensi cū Annibale ex captiuis romanis electos decem romā misisset permundorū captiuorū causa, adegissetq; iure iurando ut si id romanis non placeret, ad se redirent, spreta ea conditione tradunt octo ex his propter iuramenti quo se deuinxerāt ad hostem reuertisse, reliquos uero contempta sacramenti religione cum re-

# LIBER

dire noluissent, inuisos grauiter uulgo per censores quoq; omnibus damnis  
& ignominiis affectos fuisse.

## ¶ De amore filiorum in parentes caput tertium.

Roxima est quæ erga parentes uerecundia exhiberi debet, quæ &  
p a Solone præcipit & diuino etiam testimonio approbat, honora (in-  
quit) patrem tuū & gemitus matris tuæ non obliuiscaris, memento  
qm̄ nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quō & illi tibi, qd qui non  
obseruarēt grauiter alio loco illis intermina. Memēto dicens patris & ma-  
tris tuæ, ne assiduitate tua infatuat⁹ imperiū patiaris, & maluisses nō nasci  
& diem nativitatis tuę maledicas, Grauiore etiam illos imprecatione ita pse  
quitur diuina illa uox, Oculū qui subsannat patrē & qui despicit partum ma-  
tris suę effodiant eū coruī de torrentibus, & comedent eū filii aquilę. Noe ui-  
rum iustum tradit antiquitas cum post diluuiū rei rusticæ se dedisset, uinūq;  
ex uinea quā plātauerat immoderatus ebibisset, somno oppressum iacuisse,  
nudataq; pudendorū membrorū parte ab uno filiorū irrisum, reliquisq; du-  
obus (tresem̄ ille genuerat) cum ludibrio ostentatiū esse, a quibus cum reue-  
renter habitus auersisq; retrosum faciebus uerecunde coopertus esset, quis  
nō digne illos iudicabit & fœlicitatē & gratiam & potestatē supra contem-  
ptorem patris filiū cum omni posteritate sua consecutos fuisse. Hoc animis  
imprimant perpetuo adolescentes, quo a contemptu parentū etiā ubi igno-  
minose quicq; commisisse videbunt longe deterreātur, Sed ne illud quidem  
qd & maioris terroris monumētū est unq; obliuiscāt Absalonē scilicet quē  
propter execrandā in patrem improbitatē & rebellionem conatibus suis pe-  
nitius frustratū, pessima quoq; & amariissima tandem morte consumptū fuisse  
sacra narrat historia. Tanti autē estimata est a legum cōditoribus paterni no-  
minis reuerentia, ut qui patrem interimeret, quasi id instar horrendi mōstri  
esset, mōstrosissimo etiam aliorūq; dissimilimo mortis gñē plecti uoluerint,  
culeo em̄ insui cum cane simul & uipera ac gallo gallinaceo, atq; ita in pro-  
fundum maris submergendū iaci statuerūt, Horesti q; matrem interfecit  
furias immissas fuisse tradūt poetæ. Nerone qui & matrē occidit nemo cru-  
delior habetur, Sub Galba cæsare militans quidā adolescēs apud Cremonā  
oblatum sibi forte patrem dū ex aduersa acie pugnaret ignarus interfecit, q  
mox cognito propter horrōrē tanti facinoris & in mōrorē ille inexplebilē  
& in grauissimū totus exercitus quæstū bellicq; execrationem conuersus est.  
Tantus quidē ingenitus est a natura erga parentes pudor, ut uiolato eo, ab  
hominabilius execrabiliusq; nihil apud omes iudicet. Quare recte Naso cū  
de prodigiōsissimo infandissimoq; Myrrhē in patrē amore loquereāt ita illā  
detestans inquit. Gratulor hismariis & nostro gratulor orbi. Gratulor huic  
terræ q; abest regionib⁹ illis. Quæ tñ genuere nefas, sit diues amomo Cin-  
nama q; costūq; suum sudataq; ligno. Thura ferat, floresq; alios pancheia tel-  
lus, Dū ferat & Myrrham. At qd in humanis mentibus tñ miramur hor-  
rorē; qñquidem equū Varro de re rustica scribens dicat, qd incredibili usu

## QVARTVS

uenit, cum matrem salire adduci nullo modo posset, capiteq; obuoluto tan-  
dē se illi ignarus cōmisiisset, ablato postea ab oculis uelamine agnitaq; ma-  
tre impetu in aurigam fecisse ac mordic<sup>o</sup> eum interfecisse. Aliū quoq; equū  
scribit Plinius eundē in modū detracto oculorū operimēto & cognito quē  
cum matre habuerat coitū petiisse prærupta atq; exanimatū fuisse. Summā  
igitur parentibus uerecundiā natura etiā compellēte exhibere oportet, quā  
qui exhibuerint non parua inde rerum hoīmc<sup>o</sup> gratiā consecutos fuisse cō-  
pertū est. Magnae laudi attribuit Aeneas q; a poeta tradit̄ mira patrē ad ge-  
standū usq; eum humeris pietate coluisse, Scipio superior singulari laude ef-  
fertur, q; ut patrē ab hoste eriperet ea pugna qua Annibal apud Ticinū ro-  
manos profligauit, ipse se ultro uix dū pubes magno fortic<sup>o</sup> animo periculis  
obiecerit, qd translatū a Virgilio egregie etiā in Lauso commendat Eurial<sup>o</sup>  
cū ad insigne periculū iturus matrē Ascanio ceterisq; romanis magno men-  
tis affectu & teneritudine cōmēdaret, per pulchrū est qd poeta dicit percus-  
sa illos mēte lachrymasq; dedisse suscepītūq; eū summo amore donis ac spe  
amplissima plenū dimisile. Memorabilis est romanæ illius mulieris pietas  
quē matrē ultimo iudicio damnatā, dum in carcere diligentius per inediā  
cōsumenda seruare, consolandi causa adiens proprio lacte sustentauit, qd a  
custode postea animaduersū tantā his qui eam iudicatur erāt admirationē  
attulit, ut præ nouitate tam rari atq; inusitatī facti pœnā dānatæ mulieri re-  
miserint. Manlius torquatus cū seuerissimus in filiū extiterit, quē q; cōtra le-  
gem datā ciuem ex hoste eripuit et interfici iussit, mira tñ in patrem usus est  
pietate, qui ab eo cōtēptus rureq; pulsus cū accepisset tñ diem illi dictū esse a  
M. Pōponio tribuno plebis romā petiit, nūciatusq; colloquendi causa ad se  
uenisse, iussusq; ingredi & secreto secū fabulari (cum is putaret cōtra patrem  
aliquid filiū esse dicturū) districto adolescens gladio cōminari mortē Pom-  
ponio cepit, nisi iuraret patrē se dimissurū, quo per iusiurādī adacto & pa-  
trem liberauit, & laudem proinde magnā & successum in dies maiorē in re  
militarisib; cōparauit. Coriolani pietatē erga matrē Veturiā uulgas decan-  
tat. Q. Sertorius cū omni laude præstiterit nō est postrema illa uirtutū suar<sup>z</sup>  
iudicanda, q; matrē (sub qua orphanus educatus erat) unice amauerit, adeo  
ut & audita eius morte paulū absuerit, quin mōrōre interierit. Alexander  
romanus imperator plurimū commēdat cum propter plurima tū propter  
singularē quē matri amorē gessit, Epicuri etiā eximia lauda in parentes pie-  
tas, Augustinū aut nostrū quid mirum est ad tñ doctrinæ & sanctitatis ma-  
tris Monic<sup>o</sup> meritis culmē peruenisse, quā summe semp ille coluit, quā su-  
ma semp ille beniuolentia reuerentiaq; cōplexus est, cuius testimonio gratu-  
latū etiā se fuisse dicit q; in ultima qua decessit ualetudine obsequiis ei<sup>o</sup> leuiter  
blādiēs appellaret eum piū, & cōmemoraret magno affectu nūq; audisse ex  
ore ei<sup>o</sup> iaculatū in se dur<sup>z</sup> et cōtumeliosū uerbū, Hūc nos (ut in ceteris semp)  
ita in hoc p̄cipue imitemur, nam ppter suscepīta bñficia oēs ad antidora ob-  
ligati sum<sup>o</sup>, q; ulla bñficiorū obligatio maior esse pōt<sup>r</sup>; q; q; ex parētib<sup>o</sup> nascit

# LIBER

qui filiorum causa tot perferunt labores,tot ultro se obiectant periculis,tot  
afficiuntur molestiis & doloribus,tot premunt angustiis & anxietatibus,ut  
nihil sit tam graue triste amarū,qd propter eos non iucundū ipsis & dulce  
esse uideat.Reminiscamur quantū pro nobis illi egerunt,quanta conati sūt,  
quanta ausi,quanta perpesli,cogitemus quid sine eorū tanta cura & solitu-  
dine futuri eramus,q̄ies nobis inedia dispereūdū,quoties mille discriminū  
modis miserabiliter oppe tendū fuisset,pensemus mores artes & disciplinas  
quas inæstimabili eorū & sumptu & labore consecuti sumus,consyderem⁹  
ex iumentis nos(ut ita dicam)hoīes eorum causa euassissem,quas pro tot tan-  
tisq; beneficiis gratias debitas exoluere,quas tantis meritis pares uices red-  
dere,quid dignum tam immensis bonis referre illis atq; retribuere unquā  
poterimus,uerum q̄nquidem nulla esse potest referendorū meritorū æqua-  
uicissitudo,qd licet nobis saltē efficiamus,officiose tractem⁹,assidue comi-  
temur,hortantibus faueamus,mandatibus pareamus,uoluntates & delibe-  
rationes eorum siue morandū siue abeundū,siue militandum,siue rusticā-  
dū,siue nubendū sit,tanq; diuīna oracula probemus & suscipiamus,iratis  
ne resistamus,cōminantes & exterrentes patienter sustineamus,iubentes ue-  
ro quæ inhonesta & facinorosa sunt respuamus,sed leniter & uerecunde &  
abq; ulla acerba detestatione affectos turpi aliquo uitio ne opprobriose pa-  
lamq; despiciamus,sed memores eorum quos supra memorauimus filiorū  
Noe cum pudore magis & reuerentia uel dulciter reprehēdamus uel caute-  
contegamus,cum ad magistratū quoq; aliquē euecti fuerimus,nō aliter eis  
in domesticis actionibus deferamus ac priuati.Nam cum extra rei publicæ  
officia agitur,publicorū etiā honorū inter patres & filios ratio cessat,tam  
uenerabile ac sanctū maiores nostri paternū nomen esse crediderūt,Quare  
& egregie Pythagoras deos quidem semideis hominib; heroas parentes  
aut hominib; cæteris in honore præferendos esse dicebat.Triptolemi q̄q;  
qui atheniensibus leges tulit in templo Eleusinæ tria tñ hæc præcepta inscri-  
pta erant honorandos parentes,uenerandos deos,carnibus non uescēdum.  
Cum uero ad egestatem forte deuenerint,alamus eos atq; sustentemus,cūq;  
senuerint,ut & sacra institutione docemur,suscipiamus senectam eorum &  
ne tristari illos unquā sinamus,mœstos cōsolemur,afflictos recreemus,op-  
pressos deiectos ab aliisq; destitutos ne nos unquā deseramus,nō inferiores  
pietate ceteris animantibus,Nam cyconias constat genitricū senectam inui-  
cem educare,hæc dignissima sanctissimaq; pietatis officia edificant libenter  
adolescentes colant perpetuo,perficiant cor,stanter,quæ quanq; ut diximus  
ne minima qdē ex parte sint eorū beneficiis cōparanda,magnā tñ multāq;  
paritura sūteis cum humanorū cum diuinorū simul q neq; sperauerint unq;  
bonorū supellecīlē.Patriæ aut ratio non minor habebit,quā loco huic non  
inconuenienter adiunximus,q; eam parētibus etiā ueteres philosophiē pce-  
ptores anteposuerunt,ita ergo uerecunde colenda erit,ut nihil quod digni-  
tatem & ornamentum eius imminuat loquamur,nihil quod dispēdio illi &  
detrimento cedat faciamus.

## QVARTVS

¶ Quos præcipue & quoto ordine homines uenerari  
oportet caput quartum.

Orro alios quoq; qui sanguine coniuncti fuerint ac præcipue eos qd  
parenit loco habendos esse leges statuerunt uenerari maxime pudo  
remq; illis semper maximū exhibere conueniet. Si tñ animaduerteri  
mus qd a maioribus nostris dum de gradu atq; ordine officiorū aliquā disce  
ptarent determinatū est, constat ex moribus populi romani iuxta parentes  
de quibus modo diximus primū locū obtinuisse pupillos fidei tutelæq; no  
stræ creditos, proximū clientes qui se se in fidem patrociniūq; nostrū dedis  
sent, tertium hospites, postremū cognatos affinesq;. Pupillos igit̄ summa hu  
manitate atq; ope ac maiore etiam q̄ cognatos aut affines prosequi opor  
tebit, ut quos parentes eorum nostræ tñ fidei crediderint nos ne negligere  
uideamur, quod de cliētibus itidē censendū est, ut M. Catoni placuit in ora  
tione quā dixit apud censores in Lentulū, etiam C. Cæsari in orōne qua pro  
bithynis usus est, Necq; aliter de hospitib; iudicabimus, quanq; eos Massu  
rius Sabinus in tertio quē scripsit iuris ciuilis libro tanq; maiore officio di  
gnos clientibus anteponat, quibus quoq; tñ Gracchi detulerūt, ut eorum  
causa propria extuerent triclinia, cubicula, penūq; & cellas, atq; ubi adue  
nissent primo die ad cœnā eos inuitabant, postea mittebāt pullos oua olera  
poma reliquasq; res agrestes quē xenia appellauerunt, ut suo more per se ui  
uentes liberalitate eorū commodius fruerent, hos maiores nostri quorū cu  
ram haberemus, quibusq; officia debita impenderemus p̄cipuo ordine atq;  
documento tradiderunt, cæterū ut alios ac quidē extraneos quibus & si nō  
tanta opera curaq; officii, at magna saltē exhibenda sit uerecundia uidea  
mus, Primos certe sacerdotes summo honore dignissimos esse nemo nega  
uerit, nam si qui magnis assistunt principib; plurimū illorum causa uenera  
mur, cur non immortalis dei ministros ob eius cui seruiunt reuerentia maio  
re longe etiam cultu & obseruantia prosequemur? ad quod cū diuinis insti  
tutis constricti simus, ut non tam uerbis eos q̄ et primitiis oīm rerum nostra  
rum honoremus, tum gētilibus quoq; non parum admonemur, quibus uir  
gines uestales flaminesq; diales ac cæteri tanta in ueneratione habebantur,  
quanta ne satis quidem dici possit.

¶ Senectutem magno precio a iuuenibus habendam  
esse caput quintum.

Ost hos reuererit maiores natu decebit, ut quod a sacris auctoribus in  
struimur, ne spernat q̄sq; in senectute, ne increpet senior, sed obseruet  
ut pater. Honorari q̄sq; senectutē Chilo lacedæmonius p̄cepit, atq; iti  
dē Pythagoras samius id cōfirmans q̄sq; ea rōne q̄ honorabilius sit existimā  
dum quicquid tpe præcederet, sicuti occasu ortus in seculo principiū fine in  
uita generatio corruptione. Tñ uero apud romanos semper senectutē uene  
rabilem fuisse scribit Calistratus iurisconsultus, ut pene eundē honorē seni  
bus quē magistratibus exhiberet, circa munera quoq; municipalia subeūda

# LIBER

idem honor senectuti tribueret, Quā tanti etiā faciebant, ut ne pluris quidē genus & clarū sanguinē cuiusq; quare in omni loco inq; omni specie honorū primores potioresq; grandiū semper hoīes habebant, colebantq; a minori bus instar parentū, Nam quo die senatus habēdus erat ducebant ab his in curiā senatores quos tanq; patres colebāt, reducebantq; etiā domū magna frequentia, cum diu pro foribus ipsos expectassent, in cōuiuiis quoq; q̄ maxi me honorabant, quo ipse ne unq; nisi modestissime & castigatissime ac nisi in terrogati loqui his præsentibus adolescentes cōsueuerāt, quibus & tñ defē rebant, ut cum ad cōe nā inuitarent, quererent prius quinam conuiue futuri essent, ne senioribus (si qui postea aduenissent) se p̄tulisse uiderent, remotisq; mensis deducerent eos etiā a conuiuio domū magno cū honore, ut in antiquitatibus scriptū est. Quē morē acceperūt a lacedæmoniis romani, qui maiori semper ætati maiorē etiam oīm rerum honorē secundū Lycurgi leges defē rebant, in quo præclarū est q; Athenis cū senex quidā in theatrū ueniēs a nomine conciuiū ad sedendū recipere consurrexisse Lacedæmonios refert Cicero qui legati illic etiā consedebant, seniorisq; homini magno cū oīm considentiū plausu locū dedit, dixisseq; eorum quendā, ab atheniensibus que recta essent sciri sed minimae obseruari. Non spēnēndi sunt igitur necq; cotēnendi quos maiores nostrī tantopere coluerunt, ne qđ a sene quodā egente & illiterato sed sapientiē pleno irridētib; eum quibusdā pueris responsum est dici possit, qđ ego bene consumpsi nondū expendisti, necq; forte unq; expensurie estis, Quod & Bion admonuit, nō esse (inquiens) exprobrandā senectutem, ad quā oēs peruenire cupimus, afferens etiā oīm malorū portū, siquidē ad ipsā cuncta cōfugere. Est uero senectute nihil p̄clarious, nihil optabilius, cū bona illā ualetudo comitat, egregiisq; mores ac disciplinę, Quare recte Cleantes cum exprobraret illi senectus, & ego (inquit) abire uolo, cū uero me sanū omni ex parte confydero, scribentēq; ac legentē rursus maneo. Gorgias quoq; Leontinus qui septē & centū annos fœlicissime uixit, cū interroga ret̄ quapropter tā diu uellet in uita manere, q̄a nihil inquit habeo q̄ senectutem meā accusem. Est sane (ut Ambrosius ait) uere senectus illa uenerabilis quæ non canis sed meritis albescit. Est ea reuerenda canicies, quæ est canicies animi in canis cogitationibus & opibus effulgens. Est uere ea c̄tas senectutis quæ est uita immaculata, q̄ non diebus aut mēsibus sed seculis propagat, cuius sine fine est diuturnitas sine debilitate longæuitas, quo em̄ duturnior, eo fortior, & q̄ diutius eā uitā uixerit in virū perfectū excrescit. Diligam ergo eos & obseruemus, deferamus eis atq; audiamus, oīm reuerētiæ & honoris cultū exhibeamus, quin a latere eorū neq; discedamus, neq; uel digito unq; diuertamus, quorū propter maiorē rerū experientiā prudētia est maior vi tac̄ solertia, illorū uestigiis initiamur, cōsiliis utamur, studiis oblectemur, ut habeamus quorū conspectus nos a uitiis longe deterreat. Erunt em̄ illi uitæ nostræ & testes simul & magistri, ab illis percipiēmus uiuēdi normā, loquendi modū, cōuersandi mores, uirtutū oīm disciplinā, ueri em̄ simile cūq;

## QVARTVS

uideri debet, qui plura usu didicerunt, plura meminerūt, sapientiores etiā ceteris atq; ad cōsultandas res quasq; aptiores esse. Cui cōsentanea est Afranius poetæ nobilissima illa sententia, usus me genuit mater me peperit memoria, sophiā uocant græci, nos sapientiā, Quod & prudētissime intellexisse & solertissime obseruasse græci laudant, a quibus nihil egregiū unq; & arduū in re publica sine seniorū consilio & auctoritate gerebat, & recte sane, nihil em a rudioribus in quaç; re tutius fieri potest q̄ peritiorū semp̄ inniti iudicio & doctrinæ, Nam si ignari uiarū duces sibi quærūt q̄s sequentes minime aberrent, q̄to magis id adolescentes facere oportet, nescios & inexpertos tot catarūq; discriminū, quibus quasi latrūculis & insidiatoribus uitæ nostræ qd agimus iter mille modis assidue disturbant, Cum his igitur uerecūde agendū erit, nō tam officiū q̄ utilitatis nostræ causa, & si em̄ æqualiū dulcior at maiorum longe nobis securior atq; salubrior tandem conuersatio esse uidebitur.

¶ Doctos viros summa ueneratione colant iuuenes ca. vi.

On minor aut̄ reuerentiæ ratio habenda est doctis hoībus, propter dignitatē excellentiāq; sapientiæ, quā profitent, quā nec quisq; satis pro ei⁹ magnitudine uenerari satisq; efferre unq; posset. Quid em̄ philosophia religiosius, qd eloquētia honestius, qd legū peritia uenerabilius, quid medicina salubrius, quid ceteris deniq; disciplinis nobilius atq; p̄stantius. Quas qui egregie studio suo & labore cōparauerint, nō summo eos dignos honore esse iure iudicabim⁹, nō maxime eos reuerebimur, qui cōsilio suo et auctoritate rē publicā exornat, souent, moderant, ab iniuriacq; defendūt, q̄ priuatis q̄busq; opitulant, succurrūt, patrocinant, uariisq; modis profūt, sine qb⁹ neq; exculte neq; cōmode neq; secure uita agi possit, q̄ propter infinita quæ lectorum rerum monumenta grauiores utiq; ceteris sunt ac prudenter, Quare nō minus hi q̄ quos modo dixim⁹ seniores ueneratione digni uidentur, Nam si propter multam rerū scientiam quam longo usu sunt consecuti tantū illis maiores nostri detulerūt, nullum certe est genus hominum quod eruditis (si eam causam attēdamus) debeat anteferri, quicquid ad naturæ rationem pertinet norunt, quos nulla cœli regio, nulla mundi plaga, nulli mortalium mores & ritus latet. Qui quicquid tot retro seculis gestum est ac si in præsentia agatur comprehendūt, Qui ergo tam multa percurrent uiderunt intellexerunt recte & seniorum omnium annos usu atq; sapientia superare credēti sunt. Non immērito ab Aristotele dictum fuisse fert, doctos id ab indoctis differre, quod uiuētes a mortuis, ab Aristippo uero q̄ domitos equos ab indomitis. His igitur præcipuam exhibebimus uerecundiam, adhærebimus quoq; & perseveranter persistemus, ut doctrina eorum & monitis doctiores etiam ac meliores euadamus, Sunt enim uerba sapientum (ut sapiens hebræus inquit) sicut stimuli, & quasi clavi in altū defixi, q̄ cum ab ineunte ætate audientes animis nostris impresserimus, firmissime etiam semper ad extremam usq; senectutem ita ut impressa primo fuerint retinentes obseruabimus.

# LIBER

¶ Præceptores nostros summis honoribus prosequi  
nos oportet caput septimum.

Viam maxime autem præceptores nostros reuereri oportebit, quorum  
cura exulti sumus moribus eruditicq; literis. Nam si parentibus su-  
pra omnes mortales propter ingentia in nos eorum beneficia obliga-  
mur, quorū maiora post eos unq; q; magistrorū nostrorum merita recensebi-  
mus; nisi literas ingenuosq; mores, quibus illi nos summa cum diligentia et  
solicitudine imbuerint parui forte aestimandos putamus, cū nihil certe sit tā  
preciosæ supellectilis, tam excelsæ potestatis qd p̄ dignitate illis possit com-  
parari. Illud uero compertū est qui præceptores suos coluerint ad magnam  
literarū gratiā peruenisse. Contraq; qui contempserint, ignaros, senes turpis-  
simos etiam s̄epius extitisse. Noti sunt Nero & Traianus ambo cæsares, q;  
rum alter quem propter nimia flagitia omnes accusant Senecā præceptorē  
suum interemit. Alter uero qui propter excellentē uirtutem ab oībus cōmē-  
datur Plutarchū magistrū suum summe uenerat? est, Marcus que q; Anto-  
nius principium oīm sanctissimus id reliquis uirtutibus adiecit, ut magistris  
suis plurimū semper deferret, nam imagines eorū aureas in domo habuit, se-  
pulchra etiā floribus ornauit. Proculū autem ad consulaū usq; prouexit, Frō-  
toniq; Cornelio oratori statuā in senatu petiit, Sed p̄cipue luniū rusticum  
stoicæ disciplinæ peritissimū reueritus est & sectatus, cum quo oīa commu-  
nicauit publica priuataq; consilia, cui etiā ante p̄fectos p̄torio osculū de-  
dit, post quoq; obitū a senatu statuas postulauit, & ut ad priuatos ueniam?  
Xenidæ filii Diogenē quem pater emerat p̄ceptorem habuerunt, a quo cū  
eruditū fuerunt egregie, eum illi plurimum coluerunt, charumq; parentibus  
semper commendatumq; studiosissime fecerūt, confectū quoq; bona apud  
ipsos senectute decentissime sepelierunt.

¶ De his qui in magistratib; sunt constituti caput viii.

Agistratibus uero qui in potestate aliqua cōstituti sunt utputa pro-  
consulib; uel prætorib; uel aliis qui ciuitates aut prouincias re-  
gunt, propter p̄cipuam quā habent gubernandę rei publicæ curam  
maximus semper a maioribus nostris honor haberi consuevit, quorū tanta  
est auctoritas, ut & a parentibus suis cessante omni lege naturæ p̄ferri eos  
& ut superiores decet reuerenter coli conueniat, cuiusmodi factum a Fabio  
maximo refert Claudi⁹ quadrigarius in annaliū suorū libro sexto, nam cū  
facti essent cōsules Sempronius Gracchus & Fabius maximus filius eius, q;  
priore anno fuerat consul, atq; ipsi consuli pater procōsul obuiā eq; uenisset,  
neq; descendere illum iuberet, paruitq; Fabius imperio & filiū collaudauit,  
cum imperiū qd populi romani esset retinere. Nos igitur summa cum uere-  
cundia uenerari non tam decet q; necesse est, sed q; maxime principes, qui per  
petuū habent in populos imperiū, quos cum colere & admirari docet Isocra-  
tes, nihil prudentius fieri potest q; (durum licet) eorum iugum patienter fer-

## QVARTVS

re, temperare cōp̄ p̄sertim (in quo facilius quisq; labitur) a maledictis lingua. Nec em (ut Tiberius Augustus dixit, tutum est scribere in eos qui possunt p̄scribere. In q̄ etiam laudatū est pulcherrimū illud Fauorini philosophi dictum, qui cum pro uerbo quodā elegātissime protulerat ab Adriano inepte reprehensus fuisset atq; cessisset arguentibus ob id illum familiarib⁹ suis, subridens (inquit) non recte quidem suadetis, qui non patimini me illū doctiorem omnibus credere qui habet triginta legiones.

¶ Egentibus & calamitosis misericordes nos esse optet caput nonum.

Gētibus aut & calamitosis pudor utiq; haberi debebit, ita ut ne sor-  
tem eorum quisq; despiciat. Nam qui calumnia ē agentē (ut sapiēs he-  
breus ait) exprobrates factori eius, honorat autē eum qui misere ē paupe-  
ris. Quod & praecepit Isocrates nemini inquiens exprobrandā esse calami-  
tatem, q̄ cōis esset fortuna omībus & futura incognita. Commiserādi sunt  
igitur ob dei honorem alendiq; insuper atq; sustentandi, quod qui egerit spe-  
ret id qd saluator noster aliquā testatus est, nihil se is contulisse qd non acce-  
ptum ipse sibi sit habiturus, pluracq; proinde atq; maiora identidē retributu-  
rus. Nam qd ab eodē dictum est sapiente, sc̄nerat deū qui misere ē pauperis  
& uicissitudinē suam reddet ei. Quod erit a christianis minime negligendū  
cum a gentilibus id fuerit persæpe obseruatū, e quibus Alexandro romano  
principi summa ea laus ascribitur, q̄ egentes s̄apie donare inopesq; adole-  
scētes qui ingenui escent, quo studiis liberalibus uacare possent electos ad id  
alere solitus erat. Sed & seruorū erumnosa sors minime contemptui erit ha-  
benda, in quo merito commendat Epicurus qui summa semper seruos suos  
mansuetudine prosecutus fuit. Eiusdem em omnes sementis sumus, nec nisi  
uirtute uera libertas constat. Turpisq; ea tū seruitus est quæ spōte suscipit,  
qd faciunt hī qui se perniciosis libidinibus subdunt, quanq; eo deuentū sit vt  
opinione liberi a seruis discernamur, sed & consideranda est magna rerū  
humanarū fragilitas assiduacq; mutatio, examinanda est lubricitas uitæ no-  
stræ. Cogitandū est multos ex magnis diuitiis magnoq; potētatu deiectos  
miserrimos uixisse, multos q̄q; & principes & philosophos seruire coactos  
esse, nō paruū miseriæ exemplū Dionysius fuit, qui ex alto imperii culmine  
eo depulsus est, ut ne imperio omnino careret pueros præ inopia erudire co-  
geret. Non minus miserbile fortunē documentū legimus in Valeriano ma-  
iore, qui cum regnū Persarū inuaderet, a Sapore rege captus perpetuā apud  
eum ignominiosamq; seruitutē passus est, tam misera damnatus sorte, ut re-  
gem cum ascensurus esset in equū inclinatus dorso semper attolleret, Philo-  
sophos uero complures Platonē, Xenocratem, Phedonē Eliensem, Bionem  
Menippum cynicū, Pompiliū, Perseum, Epictetū, & eum cui Mus nomen fu-  
it seruiuisse nō est incelebre. Quāq; longū sit inter principes & philosophos  
eos qui seruierūt discrimen. Nam principū cum maior fuerit animi etiam q̄  
corporis captiuitas, at philosophi in quacunq; seruitute animo liberū semper

# LIBER

Inuictiq; ac suæ sp̄otis extiterunt. Quod a Calano Indorū philosopho q̄ma  
xime admonemur, qui captus ab Alexandro iussusq; eum sequi, qua me (in  
quit) laude dignum græciā petere poscis, si possum cogi facere qđ nolo, de-  
niq; & ei ita scripsit. Amici persuadēt tibi manus & necessitatē inferre Indo-  
rum philosopho, nec in somnis uidentes opera nostra, corpora em̄ trāst̄eres  
de loco ad locum, animas non cogenes facere quod nolūt. Non magis q̄ saxa  
& ligna uocem emittere. Non est princeps qui extorqueat nobis facere qđ  
nō proposuimus, in uirtute nobis libertas beata est, Sed & p̄cipua ac memo-  
rabilis est Diogenis seruit, qui cum captus rogaret qđnam sciret agere. Re-  
spondit scire se uiris imperare, atq; ad preconem prædica (inquit) quis nam  
dñm sibi emere uelit, quē miratus Xenides emit, filiosq; suos ei tradens, Ac-  
cipe dixit liberos meos quib; imperes, ipse aut̄ emptoris suo aiebat ab eos si  
bi quis seruus esset tñ obtemperari debere. Nam & medico & gubernatori  
(& si serui sint) utiq; tñ paretur, necessariis uero suis cum se redimere uelle  
fatuos eos appellans, Dicebat leones non esse seruos nutrientiū, sed contra il-  
los seruire leonibus, id quod & ab Ambrosio dictū est. Plæriq; em̄ (inquit)  
emptores leonū & tñ non dominātur leonibus, sed ita subiciunt uera vice  
ut si exasperatos eos excutere ceruice thoros uiderint fugiant & delitescant.  
Nec uero ait natura seruū facit, sed insipiētia, neq; manumissio liberū sed di-  
sciplina. Nō ille solū liber qđñm licitatorē nō pertulit, aut tollentē digitū nō  
uidit. Sed ille magis liber qui intra se liber est, qui legib; naturę liber est, le-  
gem sciens naturae p̄scriptam esse moribus non conditionibus, et mēsuram  
officiorū consentaneā non hoīs arbitrio sed naturę disciplinis. Sunt prorsus  
illi liberi qui legibus uiuunt, lex aut̄ uera sermo rectus, lex uera non inscul-  
pta tabulis nec ære incisa, sed impressa mentibus atq; infixa sensibus, qñ sa-  
piens non sub lege sed ipsi sibi lex est, opus legis in corde suo continens, natu-  
rali sibi stilo & quadā inscriptione formatū. Quē si in philosophis qui christi amo-  
re non seruitū modo sed grauissima etiam quēuis tormenta magno fortiq;  
animo sustinuerunt: q̄s (quia longus est eorum grex atq; infinitus) missos  
magis faciemus, unum tñ ne omnes oīno prætereamus cōmemorabimus  
Paulinū episcopū Nolanū, quē a sanctissimis laudatissimisq; multis uiris cu-  
mulate laudatū singulari utq; ego laude semper efferre soleo propter excel-  
lentem eius & ingenii & doctrinę & sanctitatis gratiam, quæ me illi mirifice  
affectionem reddiderunt, haud em̄ seruitū eius quā ultro ipse ut filium uidue  
a barbaris captum redimeret subire uoluit minoris fecerit sani quisq; iudicij  
q̄ libertatem atq; imperiū cuiusuis magni etiā et pr̄potentis uiri. Non seru-  
is fuisse putabitur qui honore opib; genere coniugio potestate literisq; lon-  
ge pollēs, cum oīa propter deum cōtemp̄isset, captiuū etiam se fieri ut leua  
ret anxietatē uidue fœminæ, cui non alia succurrere poterat uia minime re-  
cusauit, non seruitute eū oppressum quisq; dixerit qui ex alta tanq; animi sui  
arce affectibus suis impabat, quē nulla sollicitabat cupiditas, nulla angebat.

## Q VARTVS

perturbatio, non mœstudo deiiciebat, non dolor affligebat, non labor de-  
terrebat, quē dominus cui seruiebat amavit coluit libertatiq; tandem cum  
diuina ipsius uirtus aliquā claruisset donauit, qui sua (quā sponte susceperebat)  
seruitute ceterorū etiam captiuorū libertati salutiq; consuluit. Taceo Ioseph  
cuius seruicuti non est ulla quæ possit libertas cōparari, qui uenditus ac de-  
sum ad summā est euectus potestatē, ut his qui eum emerāt uendiderātq;  
simul imperaret. Quę nos satis docent non status conditione sed animino-  
bilitate & constantia uel seruitutē uel libertatem cuiuscq; pensandā esse, nemī  
nemq; proinde quantūlibet misera seruitute affectum despici debere, cuius  
forte cor nobile mē temq; p̄stantem nulla possit æquare imperii magnitudo  
Nihil uero fœdius q̄ aliorū malis non cōmoueri, nihil iniquius q̄ alienæ mi-  
seriæ non misereri, nihil tam homini proprium q̄ humanitatē unde etiā co-  
gnominata est in omnes exercere, nihil tam alienum q̄ quod Plautinus ille  
lupum esse homini hoīem nō hoīem. Quare merito ex rescripto diui Pii ad  
Helium Martianū proconsulē utiq; iussi sunt uenire serui qui ex familia Iu. ii  
Sabini ad statuā confugerant, si uel durius habitū uel infami iniuria affecti fu-  
iuent, ita ut in potestatē domini non reuerterent, Iure etiam Vmbricia qdā  
matrona quæ ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractauerat, a diuō  
Adriano in quinquenniū relegata est. Quod igitur monuit Ambrosius im-  
perent dñi seruis quasi cōditione subditis, sed ita ut naturæ eiusdē cuius ipi  
sunt consortes esse eos meminerint. Deniq; in om̄es summus semper pudor  
habēdus erit. Nam maiores demisse & timide, æquales mansuete et leuiter,  
minores officiose & humaniter prosequi oportebit. Emuero fœminis singu-  
laris & præcipua ante omnes uerecundia debebit, quarum cum nihil magis  
sit proprium, nihil qd magis cædat earū ornamento & splendori, maxima  
profecto cura opus erit, ne quid fiat quod minimo uel nutu pudorē illarum  
offendat. Nō est obscurū filiam & neptes Augusti ita ab eo institutas ut ve-  
tarentur loqui aut agere quicq; nisi propalam, prohiberentq; adeo ab extra-  
neorum cōtu ut ad Liciniū clarum decorūq; iuuenē qui filiam suam Baias  
salutatū iuisset scripserit, parum id illum modeste fecisse. Cum modestia igit̄  
erunt compellandæ, cū reuerētia salutadæ, decedendū eis de uia atq; in om̄i  
actione semper deferendum, non blanda orōne appellandæ, non frequētius  
neq; (nisi officii honeste faciendi causa) unq; adeundæ, eritq; quod Paulus  
docet obseruandū qui cū senes ut patres iuuenes ut fratres colendos esse hor-  
etur, anus etiam ut matres, iuuenculas ut sorores in omni castitate suscipi-  
das, uiduasq; (quæ vere uiduae sunt) honorandas esse præcipit.

¶ Apud seipsum summam habendam esse reueren-  
tiam caput decimum.

Vod restat nunc sibi ipsimet etiam uerecundia exhiberi debebit, quā

¶ pulchre admonuit Demetrius phaleræus complectens etiā eas simul  
binas partes de gbus modo differuimus. Asserebat em iuuenes opor-  
tere domi quidem parentes, in itineribus aut̄ occursantes, in solitudine uero

# LIBER

se ipso reuereri. Est uero solitudo ut illiteratis & ad nihil præclarū occupati res uana penitus, stulticiæ tñ & somniorū plena, fotrix etiā sepius mala libidinū, ita doctis hoībus dulcis iucunda, uberesq; semper & sanctos cogitationum pariens fructus, Egregie Plinius cum strepitū inanēq; uariorū negotiorum discursum & multos ineptos labores damnaret laudans solitudinem postea q̄ in laurentio meo (inquit) aut lego aliquid aut scribo nihil audio qd audisse, nihil dico qd dixisse pœnitentia, nemo apud me quenq; finistris sermonibus carpit, neminē ipse reprehendo, nisi tñ mecum parum comode scribo, nulla spe nullo timore solicitör, nullis rumorib; inquietor, me cum tñ & cum libellis loquor. O egregiā & synceram uitam: o dulce honestum & ocium, ac pene omni negocio pulchrius, o mare, o littus, o uerum secretūq; musarum locū, q̄ multa inuenitis q̄ multa dictatis. Ambrosius quoq; ad Sabinū seribens, ostenderē quanta sit iucunditas utilitasq; solitudinis certe (ait) pro arbitrio accerso quos uolo, atq; adiungo mihi q̄s magis diligo, aut q̄s aptiores arbitrör, nemo interpellat, nemo interpolat, tunc ergo te magis teneo & de scripturis confero & prolixiore m̄ simul sermonē credimus. Nō ab re refert Scipionē Cicero de se dicere solitū, nunq; min⁹ solitū aut ociosum esse, q̄ cū ociosus aut solus uidere. Ocio aut qui nescit uti (ut inquit Ennius) plus negocii habet q̄ cum est negociū in negocio. Nam cui qd agat institutum est, nullo negocio id agit, studet ibi mentem atq; animū delectat suum. Ociosus ocio animus nescit quid uelit, Est ergo ocium cui literæ coniunctæ sunt ut sanctissimū ita & dulcissimū. Quare prudens illud dictum Antisthenis atheniensis, qui cum rogaret quidnam ex philosophia lucratus esset, respondit ut secū colloqui posset. Nec minus prudenter dixisse ferunt Pyrrhonem Eliensem, qui cum secum loqui aliquā deprehensus esset, rogatus cur id ficeret, meditor (inquit) bonus esse. At contra q̄ stulticī arguendus mos ille Domiciani fuit, quem in solitudine solitū tradūt delectis sibi quibusdā horis quotidie muscas stilo præacuto insectari, q̄ indignū principe aucupium, q̄ dignū uero eo aucupio dictū fuit illius qui interrogatus an cum cæsare q̄sq; intus esset, perfacete respōdit, nec musca quidem. Vacandū est igitur bonis artibus, ut cogitare res grandes ac sanctas cogitādoq; ita meliores effici possumus, ne contra si inertes nulli graui studio & operi intendamus, merito in nos illud iaciatur qd adolescenti cuidam tacito et secreto ambulanti, cum ei dixisset Crates quid solus ageret, atq; ille respondisset, secum se loqui. Cauē (inquit) ne cū hoīe malo loquaris. Etem ut scribit Cicero libro de republica sexto. Graues sunt dominæ cogitationū libidines, infinita quædā cogunt imperant quæ expleri aut faciari nullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos quos illecebris suis incenderunt. Quare magna arte a nobis continendæ frenandæq; sunt, ut qd palā nunq; præ pudore ageremus, culū etiā intra nos uersare erubescamus, credamusq; deum qui in humanis mentibus continue hospitat quasi pro tribunal iudicare oīa q̄cūq; nobiscum uolutemus. Est em cogitationū nostrarum deus iudex & arbiter.

## QVINTVS

Nec falso Thales cum aliquā interrogaret an facta homīm deum fallerent, nec cogitata inquit, eo responso monens non solū nos manus sed mētes etiam immaculatas habere debere, in quibus secretū ac diuinū semper nomen habitaret, qđ intelligens Ambrosius dum Cōstantium instrueret, Nemo (ait) uel solus uel cū altero aliquid turpe aut improbū faxit, & si quis solus est se ipsum p̄ræ cæteris erubescat quē maxime debet uereri, fugiat mala opprobria etiā si se credat non posse conuinci. Nā & si clausus parietibus sit & op̄tus tenebris sine teste sine conscientia, habet tñ facti arbitriū quem nihil fallit, ad quē facta clamant oīa, habet unusquisque animū suum seuerū iudicē, ultorem scelerū & vindicem criminis. Id qđ & poetā nō latuit, dum prima hēc (inquit) est ultio qđ se iudice nemo nocens absoluīt. In quo utile etiā admodū erit qđ a summis monemur philosophis, ut aliquē habeat animus quē uereat, cuius auctoritate etiā secretū suū sanctius faciat, reuerentiāq; sui habeat, ad cuius memoriā se componat atq; ordinet, ad quē mores nostri se ipsos erigāt, quo tanq; spectante uiuamus, cogitationesq; nostras emēdantes nec peccare nobiscū audeam⁹, & qđ in alios frequētissime fit de nobis male existimemus, maleq; tacentes loquamur, nos metip̄s in penetralibus animorū nostrorū grauissime increpantes. Quod solebat Cleātes quē cum fodientem (ut mos sibi erat) increpātemq; se ipsum Aristo audisset, quē (inquit) obiurgas; atq; ille ridens, senē ait canū quidem sed exordē & amentē. Nulla aut̄ re magis ad id adiuuabimur qđ claris artibus & disciplinis, quas modo commendauimus, commēdareq; non satis possumus, cū qđ animos honestis studiis occupatos ingenue exercebunt tum qđ quibus modis ingenue eos exercere eos debeamus docebūt. P̄æclara igitur studiose meditabimur ut Solon ait interficiemusq; cogitatus nostros ut diuinus uates monet, insultātesq; eorum impetus sancto honorū studiorū adminiculo cōprimemus, p̄curremus qđ ut facer ali⁹ auctor inquit priores in domū nostrā, & illuc aduocabimur, & illuc ludemus & agemus conceptiones nostras, & non in delictis & uerbo superbo. Adhibebimus sedulā curā ne immundū aliqd subeat mentes nostras ne innumerabilibus quibus quotidie infestamur malarū cupiditatū decipiūt & retibus illequeemur, custodiemus corda nostra, & quod ab agricolis uiae solent circūsepiemus egregie atq; muniemus, qđq; Antisthenes p̄cipiebat struemus moenia in nostris inuiolabilibus cogitationib⁹, ne instar latronum aut luporū qui pro foribus iugiter insidiant pessimi affectus nostri interrogidentes nocumētū aliquid afferre possint. Obseruabimus p̄cipue qđ a Cleobulo sapiente p̄cepitū fuit, ut anteq; domo exeamus qđ acturi sim⁹ apud nos pertractemus, rursumq; cū redierimus quid a nobis actum fuerit recogitemus, Quod & Pythagoras admonere discipulos suos solitus erat, ut scilicet ista quotidie cū domū ingrederen̄ diceret, Vbinā excidi⁹ qđ feci⁹ quid ex eis quae facere debui omisi⁹ Id obseruasse & Catonē legimus qđ nō modo quē die egisset uidisserq; sed & insuper quē legisset per noctē repetere animo consueuerat, exigens a se ipso diurni omnis nō tam negocii qđ ocii ra  
kk

## LIBER IV

tionem. Hanc sui ipsius scrutandi examinandis consuetudinē laudat plurimum Seneca in libris quos de ira cōposuit, memorans primo Sextū quendam qui consūmato die cum se ad nocturnā quietē recepisset solebat interrogare animū suū, quod hodie malū tuum facias, cui uitio obstitisti? qua parte melior es? affirmansq; inde moderationē eam forte iram quae sciat sibi quotidie ad iudicē ueniendū. Quid ergo inquit pulchrius hac cōsuetudine excutiendi totū diem? qualis ille somnus post recognitionē sui sequit? q̄ trāquilus alter & liber cum aut laudatus est animus aut admonitus, & speculator suicensorq; secretus cognoscit de moribus suis, ut aūt sedicit hac potestate ut quotidie apud se causam dicat, cum sublatū e conspectu lumen est, et conseruit uxor moris eius iam cōscia. Totū diem scrutet factaq; ac dicta sua remetiat, nihil sibi ipsi abscondat, nihil transeat siue in disputatione aliqua purgacius locutus fuerit, siue cum imperitis qui qd nunq̄ didicerunt discere nō sunt congressum habuerit, siue quēpiam liberius q̄ debuerat admonuerit, offenditq; proinde magis q̄ emendarit, siue in cōuiuio quorundā eū sales & in dolorē eius iacta uerba tetigerint, uitandoq; proinde etiā uulgares cōiectus, ubi solutior est post uinū licentia, siue amicicausa uili cuiq; & extremo mancipio, a quo honestius longe excedendū erat iratus fuerit, his si nos ute- mur modis in discutienda uita nřa, & minus certe peccabimus, & intra nos metīpos erubescētes ab omī mētes nostras morbosa cōtagione purgabim⁹.

## LIBER QVINTVS DE CASTITATE SEV PVDICITIA SVMMOPERE

seruanda caput primum.

Vnc quibus in rebus exercenda sit uerecundia dicēdum est. Primum igitur quicquid agant adolescentes ita vacuū sit omni reprehensione ut nulli nomen minuat, nullius ius lēdat, nemini nulla ex parte detimento cēdat, p̄cipue uero integratē corporis suis summopere custodiant, pudicitia ament, ut Pittacus ille sapiens monet. Condore suū immaculatū inuiolatūq; conseruet, nihil habet etas illa decentius aut preciosius, nihil quod ampliore eis laudē afferre, nihil qd maiorē homī amorē & gratiā cōparare possit, necq; est quicq; qd ipi (quam pdicamus) uerecundiae affine magis sit & cōiunctū q̄ pudicitia, quā comitē eius etiā maiores nostri esse dixerūt. Summa apud grecos Xenocratis uerecundia cōmendaē, atq; eiusdē tanta pudicitia, ut cū libidinis cōstu aliquid incitaret, secare & urere genitalia sibi mēbra minime refugerit, Cuius & illud fert qd cū Phirne nobile scortū a discipulis illi in lectulū clā iniecta esset, frustra eo tantopere insectato discedens percunctātibus dixit se non a uiro sed a statua exire. Romani q̄q; superiorē Africanū plurimū extollūt, q̄ spōsā illā uirginē speciosissimā quā bello apud celtiberos ceperat intactā inuiolatāq; dimiserit tā eximius illi pudor inerat, q̄ despecto insignis eius q̄ apud omnes ferebat longe imminuta esset auctoritas. Sed & Ioseph quē hebræi singulari laude effuerunt tanto pudicitie simul atq; uerecundiae ornamento præditus fuit, ut

## QVINTVS

mulierē rogantē blandientē furentē multa pollicentē attractātem insup ac dissuauiantē forti animo contēpserit, relicta etiā illi ueste, ut manus eius qb<sup>o</sup> strictius detinebat effugeret. Quibus tñ cōtulit laudata ab oībus pudicitia, ut summā proinde assedit fuerit hoīm gratiam, summāq; in populis auctoritatē. Nam Xenocrates ob id a magnis principib; magno in honore habebatur, donabatq; s̄aepe, licet ille donata uel remitteret uel q; satis esset necessitati tñ susciperet. Verba quoq; illiustāti momenti erāt tñq; fidei apud om̄es habebāt, ut quod superiore libro diximus cū iniurati nullius testimoniū admitteret, huic soli remissum fuerit ab atheniēsib; iusurandū. Scipio aut̄ ob singulare meritū castitatis idē asseditus, ut ab om̄i gēte cōmendatus hiberos etiā sibi cōciliauerit, uolentesq; ac libētes romanis adiūxerit. Ioseph uero ad eā tandem electus est potestatē, ut ab rege ægyptio nihil sine consilio eius & iudicio ageret, ut ea q; septem annis grauiter fames inualuit, arbitrio eius moderaret, regere atq; sanaret. Necq; mirū si quē deus tanti facit, ut nūlam sine ea uirtutē charipendat, summis etiā honorib; ornet atq; extollat, quæ & tanta est ut cū ceteras uirtutes proprio quasi quisq; studio aſsequi uideatur, sola tñ hēc singulari quodā & p̄cipuo dei munere acquirat, quę quo etiā difficultior eo & maior gloriosiorq; est. Habet aut̄ candor corporis com mune cū deo quiddā, q; mirū in modū allicit ille atq; delectat, descēdēs tanq; familiaris quidā amicus in humanas & purgatores metes, præsentemq; se exhibens ac faciliorē oīm p̄cibus & uotis p̄stans assensū, cōfabulans q; in star domestici cuiusdā hospitis, altissimā rūq; rerū mysteria ac secretiora ali qn̄ cōmunicās, plena sunt horū oīa christiani noīs monumēta, Sed quod in gētilibus est admirabilis, p̄ter Sibyllas etiā Corneliū quendā idolorū sacerdotē sed incorruptionē & uitiae sanctitate sanctissimū Patauii agentē in trās padana italīe regione accepimus, ea die qua a C. c̄esar & Gn. Pōpeio in theſ ſalia acerrime pugnatū est repentinō quodā motu mentis agitatū p̄dixisse ac si p̄ſens intereffret oēm rem uicē ordinē exiūq; illius belli, cuius cū uaticinatio primo quidē tanq; uana & uecors contemptū illi peperisset, at magnā mox oīb<sup>o</sup> admirationē pudicissimoq; homini attulit uenerationē & gloriā, q; p̄clara igit̄ quāq; excellēs res sit pudicitia nemo non intelligere pōt, quā in ipſis quoq; impiis dæmonū cultoribus tam gratā habet deus atq; acceptam Quod & Pythagoras gētilis licet philosophie professor minime ignorauit. Diis em dicebat cū laudibus amictuq; cādido & caſto corpe honores exhibendos, qd pulchrius religiosiusq; a christiano quoq; auctore dici potuit, in quo quę obſeruare debeāt sacerdotes nostri tria q; breuissime exprimūt, at decētandi quidē diuinā laudes atq; eas cū amictu cādido iam mos apud oēs cōis inoleuit, q; uero id caſto fiat corpe quod cādida illa uestis significat per ſe norit quisq; deū laudaturus atq; exoraturus accedit, uerū erubescat christi oīscultor dū intelligit a gētilibus quorū nōnunq; pudicitia plurimū p̄dicat ſeſe ſupari. Nā Cereris Africanæ ſacerdotes uiuētibus etiā & cōſentīentibus uiris ſeparatæ in perpetua uiduitatis disciplina perſeuerabant. Por

# LIBER

tifex quoq; maximus & flaminis nō nisi semel nubebāt. Quę uero romanarū matronarū unī se tñm uiro cōiunxerant uiduitatē seruātes, tanq; coronā pudicitię adeptę in honore habebāt, sed & uirgines ueste & Iunonis achaice & Dianæ scythice et Apollinis delphici, bouis quoq; illius egyptii antistites summa cōtinentię laude cōmendati fuerūt, tanta est aut pudicitię gratia, ut apes tam industrie artifices quas etiam putant sine coitu gñari nihil magis aspernent q̄ impudicos aut qui recenti a cōcubitu ad eas accedant. Et quod magis quisq; admirabit, pocula ipsa dum ministrant utiq; & cibos pernas quoq; dñ sallunt & caseū dum coagulaſt ac uiscera certū est inficiſi contrebent ab eo qui coitu frequētiore aut recētiore uſus fuerit. Quare & Pœni et græci ac latini oēs scriptores qui nō pauci numero de instruenda penu, dec̄ officio pistoris & cocia ut cellarii p̄cepta tradiderūt, putarūt oportere oīno castū esse qui earū rerum curā suscepere. Necq; nisi ab impubere aut certe ab pudicissimo ea tractāda esse, uel luenerē se polluerit debere siue uirum siue fœminā ablui prius flumine aut aqua perenni, necq; nisi ablutū penora cōtinere, ac propterea crediderūt necessario utendū esse ministerio pueri uel uirginis, q̄rū cōrectatione mūdiora oīā q̄ in usū uitę promeren̄t esse constaret. Quod p̄cipue Varro uide trādidisse, dñ ostendēs quibus ex rebus recte absolutū esse cōuiuiū debeat, primū dicit bellos homūculos colligēdos esse, qđ idē ac pueros significat. Nā in diminutionē ætatis magis q̄ corporis quēad modū & leonūculos notare manifestū est. Hęc sunt dona pudicitię, hęc dignitas atq; excellētia, hāc igit̄ colāt adolescētes, hāc suscipiāt, hāc complectant, auertātq; cōtra lōge a blādis malis uenereis, atq; ut Sophocles annis iā grauior de se dicebat tanq; ex furiosa aliqua dñnatione profugiāt. Hęc siquidem eos deo charos efficiet, hęc eos honestabit, hęc oībus commendabit, hęc eos honore & gloria ac omnibus deniq; bonis semper augebit.

¶ De taciturnitate lingue iuuēibus pernecessaria ca. secundum  
On minus aut̄ ipsis obseruandū erit, ut lingua pudica sit, ut abstinenſ ab obſcēnitate uerborū, Nā corrūpunt bonos mores colloq; mala, ut Paul⁹ a poeta gr̄eo dicit̄ repetēs inqt. Arguit yō uitā hoīm p̄ca eitas lingue, q̄ animorū quasi quādā effigiē ostētat, ut nō immerito sermonē op̄is umbrā Democritus appellari, ita ergo q̄ p̄ferūt uerba cōponēt ut testi moniū sint oībus modestissimę uitę eorū. A cōuitiis p̄sertim tēperabūt q̄ & legibus edicto iniuriarū puniūt, p̄cul ab eis oīno p̄brosa uerba & cōtume liosa q̄ seruile etiā indicant aīm, qđ recte intelligens Arcesilaus cū a yboso qđā & ignauo laceſteret, improbe inqt & impudice loḡ seruorū filii cōsueuerūt, admiscere aut̄ cōtumeliis minas muliebre esse dicit Chilo ille sapiēs lace dæmonius. Sed nec per iocos & sales contumeliā inferre cuipiā laudatū est, qui magnas s̄epius inimicitias conflauerunt, magniq; suis auctoribus mali s̄epius causa extiterunt, Nam inquiore animo multiferunt scommata in se iacta quam gladios, commendatur tamen comis, lāetus, faceciſq; redundans sermo. Nam uti grauis & rusticus loquendi mos omnibus ingratus est ita leuis urbanus festiuusq; plurimum confert ad conciliandū hoīs amorem

## QVINTVS

Cauendum tū est ne lascivioribus q̄ honestas fert facetiis utamur, qd in Vespaſiano magnæ alias grauitatis reprehensum est, quē adeo ſcurrilem & ſordidū fuiffe tradūt, ut ne p̄textatis quidē uerbis abſtineret. Fugiēda eft proinde conſuetudo incautius ac inconſyderatus loquendi. Adhibenda ſunt linguae retinacula, quibus lubricitatem eius contineantur, ne qd a Chilone ſapiente uetitum eft praeire eam animo permittam⁹. Eſt em̄ id ut Bias inquit inſaniæ indicium. Quod pulchre etiā ſacra conſirmat auctoritas, in ore fatuorū eſſe cor illorum, & in corde ſapientum os illorum. Quare aptiſſime Homeruſ Vlyſſem quem ſapientem deſcribit uocem mittere ait non ex ore ſed ex pectore, Eorum em̄ quē leuiter & inconſyderare loquerentur bene existimatū eft orationē in ore naſci non in pectore, linguāq; debere (aiunt) eſſe non libera ram et uagam ſed uinculis de pectore imo ac de corde apertis moueri & q̄ſi gubernari. Cui coercendæ uallū etiā dentū & labiorum eſſe oppoſitū uide muſ, ut loquendi temeritatē non cordis tm̄ custodia cohiberet, q̄ & excubiaꝝ quaſiquædā a natura magno cum conſilio adhibite ſepirent atq; cōp̄im̄erent. Nam ſi ut a sancto auctore ſanctiſſime dictū eft equorum frenos in ora mittimus ad conſentiendū nobis, & om̄e corpus illorū circumferimus, & naues cum magnaſiſt & a uentis ualidis minenr, circumferunt aūt a modico gubernaculo, ubi impetus dirigenſis uoluerit, cur non & linguam (qd modicū quidē membrū eft) regere magna cura & moderari ſtudebimus? Quare & Hesiodus non uulgandā linguam ſed ut theſaurū recondendam eſſe dicit, eius eſſe in promendo gratiam plurimā, ſi modesta & parca & ſobria ſit. Iſocrates quoq; monebat ut tm̄ ea loqueremur q̄ uel certo ſciremus uel dignitas noſtra tacere non patereſt. Epamīnūdas non inferior aliis principibus uirtute & rerum geſtarum gloria laudat a Pindaro q̄maxime, q̄ multa ſimul ſciret & taceret, & merito. Nā ut a Thalete milesio dictū eft prudētis minime animi iudiciū ſūt multa uerba. Qui moderaſt em̄ sermones ſuos (ut ſacer auctor inquit) doctus & prudens eft & p̄ciosi ſpiritus uir eruditus. Stultus quoq; ſi tacuerit ſapiens reputabit, & ſi compresserit labia ſua intelli gens. Quare Solon cum aliis loquentibus nihil diceret, quæſitus utrum inopia uerborū taceret an ſtulticia, ueriffime respondit neminē ſtultum tacere poſſe. Hæc omni certe ætati utilia quē tradidimus moderandæ lingue p̄cepta, ſed adolescentiē longe neceſſaria, quē cum nihil foediſ habeat loquacitate, curandū eft maxime ne qui in ea elucere uideſt floſculus quidam innoceſtis uitæ propter immodeſtiā lingue teterrimū odorem ſpiret, ne ex eburnea uagina plumbeus educaſt gladius, quē in modū Diogenes perface te rephen dit decorū quendā adolescentem indecenter loquentē. Ea igitur ut obſeruēt præcipue adolescentes monemus, teneantq; proinde memoria ſemper illud qd Cleantes roganicuſdā quidnam filio crebro ingerere deberet dixit. Sile ſile tenue uestigium. Conſeruent illud q̄q; quod a ſacro ſcriptore licet uerbis longioribus docent, Adolescentis loquere in cauſa tua uix cum neceſſe fuerit ſibis interrogatus fueris, habeat caput reſponsū tuū, in multis eſto quaſi in-

# LIBER

Icius, & audi tacens simul & querens & loqui in medio magnatū non p̄su-  
mas. Et ubi sunt senes non multū loquaris, ante grandinē p̄eibit coruscatio  
& ante uerecūdiā p̄eibit gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.  
Non negligenda sunt hēc certe quē & uerecūdiā fructū pro qua p̄esens ser-  
mo suscep̄tus est singularē ostendūt, & audiendi magis q̄ loquēdi studiosos  
adolescētes esse, quod & a Cleobulo illo grēcię sapiēte p̄ceptū est cohortā  
tur. in qua re nullum est maius euidentiūq; documentum q̄ naturae, quē ut  
Zeno stoicus adolescentiori cuidā loquaci dixit non ab re duas aures ho-  
minibus atq; unū os tñ fabricauit, labiis etiā & dentibus munitū (ut supra  
diximus) q̄ tam solerti artificio nos plane admonere uoluit, ut & pauca log.  
& multa audire debeamus. Quare & facete idem Zeno adolescentulo alii  
linguaci aures (inquit) tuæ in lingua confluxere. Apud antiquos sane tanta  
erat tacendi religio, ut lingue romae etiā facellum dedicarint, cui sacrificaba-  
tur ad xii. kalendas Ianuarias, quē ob silentiū cuius p̄esul dicebatur p̄nexo  
obsignatoq; ore simulacrū habebat, ita uero audiendi magis q̄ loquendi stu-  
dium suscipiendū est, ne tamen rustica & muta (ut ita dixerim) quēdā tacen-  
turnitas laudi esse credat. Sequamur illud Plautinū ad loquendū atq; tacen-  
dum tute habeas portisculū, nam sicuti portisculo quo olim malleo nunc si-  
bilo a portando dicto modus signūq; dari solet remigantibus, ita logetiā  
& tacere non sine modo & ratione debebim⁹. Loquendū igit̄ erit ut res et  
tempus & locus postulabunt. Et ne quid incaute & imprudenter emittatur  
maxima cura adhibebitur, q̄ maxime aut̄ erit cauendū ne (quod a Perian-  
dro corinthio p̄ceptum est) inter loquendū secreta pronūtient qđ sit mul-  
ebre, atq; ita muliebre ut nihil a uirtute uiri (quē grauē & constātē genuit)  
alienum magis esse censeatur. Quare maiore obseruantia custodienda esse  
præcipit Isocrates deposita uerborū q̄ pecuniarum, quia probos uiros decet  
ita mores suos instituere, ut fideliores iuramento esse uideant̄, id qđ de se etiā  
refert Ambrosius deplorans mortē Satyri fratris, cui omnia sua consilia di-  
cit cōmunicasse, præter cōmissa sibi amicorū secreta. Quo loco cōuenienter  
nos admonet historia Papitiū p̄textati, quē e curia cum patre sicut antea  
romē mos erat reuersū, cum percontaret̄ mater, quid ibi consultassent, recu-  
saretq; filius q̄ res esset ardua inhibitac; a patribus priusq; decerneref̄ cuiq;  
enunciari, audiiorq; proinde illa audiendi quid id rei esset, nunc minis nunc  
exhortationibus cogeret secretū sibi aperiri, tūc is excogitare nouū perfesti  
uumq; mendaciū, atq; in senatu actū esse de cōiūgēdis uel uni uiro duab;  
uxoribus, uel uni uxori duobus uiris, nondūq; deliberatū affirmare cepit,  
q̄ audito exterrita ad ceteras cōuolauit mulieres, cuncta quæ acceperat pas-  
sim diuulgans, factoq; postridie magno omniū ante curiā cōtu, cū lachry-  
marent rogarentq; ut una potius duob; nupta fieret q̄ uni duæ, mirarentq;  
senatores tantā earū insanī, processit puer in mediū curiæ & rem uti gesta  
fuerat explicauit, cui soli postea ex omnibus pueris curiā introire cōcesserūt  
atq; ob tacendilcquendib; in ætate p̄texta prudētiā honoris causa

## QVINTVS

prætextato nomen indiderunt, Curandum uero erit ne cum prudentiæ plenifuerint, maliciæ tñ & improbitatis sermones nostri accusent, quocirca sū opere in primis studebūt adolescentes, ut qd Solon & Pittacus sapientes ambo præceperunt a mendaciis abstineant, loquantes tñ quæ uera sunt, ne ubi mentiri assueti fuerint, eo etiā cum senuerint uitio laborent. Est porro id magis seruorū proprium, ueritate autē nihil homini libero cōuenientius, quæ est firma semper constans inuita eadēq; omni ex parte sui. Quā & Plato dicit auditu esse suauorem oībus quæ dicerent, quare nihil ea amabilius, nihil gratus, nihil qd ad persuadendū maiores uires habeat, ut nullius sit tam exculta eloquentia, tanta dicendi uis & copia, quæ illi possit anteferri, cum contramēdaciū sit ingratum oībus atq; exosum, sit quoq; tenue quiddā imbecille impotens uanum ac pertusum transparēsc; instar rimæ, atq; id lucri afferat quod ab Aristotele dictum fuisse tradunt, ut mentiri assuetis cum uera dixerint minime fides habeatur. Demū lingue ita temperies adhibenda est, ut qd Pittac⁹ præcepit neminē etiā inimicū male dicēdo insestemur, atq; ut Chilo Iacedæmonius dicit ne mortuū quidem, præsertim quoq; ne susurrones & bilingues simus, hosce em̄ maledicos q; multos turbarint pacē habentes diuinā uerba denunciāt. Nihil uero difficultius homini q̄ linguā moderari, qua nec perniciosius quicq; nec pestilentius cum pro arbitrio recte regi non pōt, ut (qd Theophrastus dicebat) infreni equo citius cedendum sit, q̄ incomposito uerbo. At qui id efficere potuerit, diuinū se quiddā magis putet esse consecutum, Erem ut sanctus auctor uerissime inquit. Omnis natura bestiarum & uolucrū & serpētum & cæterorū domat, & domita fit a natura humana, linguam autē nullus hominē domare potest, inquietū malū pleno ueneno mortifero, in ipsa benedicimus deum patrē, & in ipsa maledicimus hoīes, qui ad similitudinē dei facti sunt, ex ipso ore procedit benedictio, cum neq; fons de eodem foramine emittat dulcē & amarā aquā, neq; possit ficus uvas facere, aut uitis ficus, neq; salsa dulcem aquā, quare Anacharsis rogatus quidnam esset in hoībus bonū ac malū simul recte, linguā esse inquit. Eam uero ita regent adolescentes sapienter & caute, ut quo difficultior est eius moderatio, eo maior proinde etiā cum moderate habita fuerit sit fructus, maiorq; gloria, ita agent ut monemus, ita toto studio in id intendent. Neq; est em̄ ullum sanctius, ullūq; salubrius in philosophia q̄ cohibendē lingue præceptū, nullū est deniq; quod pluribus maioribusq; nos malis liberet, quā qui recte moderari nouerit, is & pure bonus sapiensq; iudicabitur, & iucundiorem trāquil lioremq; ager uitam.

### ¶ De motu & corporis gestu moderando ca. iii.

On tam factorū dictorum ue de quibus satis diximus pudor curē habenduserit, q̄ motuum gestuumq; corporis, qui cum modeste decenterq; obseruantur plurimā afferunt commendationē. Contraq; negligenter & rustice magno cedunt contemptui. Est em̄ (ut dicit Ambrosius) vox quædā animi corporisq; motus, quo aut leuior aut stupidior aut cōtra

# LIBER

grauior aut constantior quisq; æstimatur. Quare & Cicero in Lucium Pisonem uultus deniq; (inquit) totus qui sermo quidā tacitus mentis est, hic in fraudem hoīes impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit se felli induxit. Est uero quorundā tam acre & penetrans ingeniu, cuiusmodi Cleantis fuit ut perspectis exterioribus hoīm gestibus interiores quorūcunq; naturas facile discernāt. Nam ut sacris illis uerbis admonemur, ex uisu cognoscit uir, & ab occurso faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enūciant de illo. Scribit Gregorius Nazianzenus se cognouisse Athenis Julianum apostatam atq; ex gestibus mores eius probe compertos habuisse, faciebat em (inquit) me cauiū inconstāta morū & excessus uberior, nullū mihi in eo signū naturale uidebat, ceruix rigida & instabilis humeri iactabiles, oculi currentes huc illuc directi, furiose respicientes pedes impatientes, nares spirantes iniurias & contemptus, scomata risibilia, & hoc ipsum semper habentia, risus incontinens, & quasi subbulliens, cōsensus & negatio simul operatio nulla ratione consistens, interrogatio inordinata, responsio nulla sibi congruentia conueniens, que cum uidisset repte etiā se dixisse refert. O quale malū nutrit res publica romanorū, Ita ergo gestus & motus nostros cōponere studebimus, ut nihil in his qd merito reprehendi possit appareat, in quo præcipuū est illud oīm magnopere curādum, ut tranquilli atq; om̄i a perturbatione simus liberi, ut appetitus rationi sufficiamus, ne si rebelles esse ceperint, quales intus animorū nostrorum motus uel læticia dissoluunt uel mōrere deiiciunt, uel ira incendunt, tales etiam in exterioribus corporis gestibus apparentes immodestiā aperte detegant nostram, Primū aut̄ ita formandi erunt mores nostri, ut nihil elata fronte fastidiēte nare, minacibusq; oculis geratur, qui mos est p̄potentium hoīm ac opibus nimis affluentū, quorū uti potestas & diuitię ita & fastus augeri solet, proponant sibi adolescētes Hieronymū qui nihil ita a pueritia dicit se uitare studuisse, q̄ tumentem aīm erectamq; ceruicē deī contra se odia prouocantem. Sed & hoīm nescio quid inuidiā magis suscitet, magis odia oīm & iniūcītias incendar, quare recte Zeno stoicus fastu nihil indecentius dicebat, idq; cum in cæteris tum in iuuenib; maxime quos & docebat in habitu incessu amictu in omnib; deniq; summa uti honestate, tanq; etati eorum admodū cōueniēte, habebatq; semp in ore illud Euripidis de capaneo, q̄ opes quidam illifuerint sed opibus elatus non incesserit, necq; plus fastus habuerit q̄ egens uir. Quod plærifq; etiā literatorū saepe accidit tumefactis opinione doctrinarū suarū, qui productis labris inflatiq; buccis atq; in admirationē contracto uultu magnū de se aliquid polliceri uident, quia (ut Hieronym⁹ inquit) sublatis in altum humeris & intra se nescio quid cornicantes stupenſibusq; in terram oculis tumentia uerba trutināt, ut si p̄conem addideris, pūtes incedere præfecturā. Cuius modi idem etiā grauiter increpat Gr̄nium quendā q̄ testudineo incederet ad loquendū gradu, & per interualla quēdā uix pauca uerba caperet, ut putaret singultire nō proloqui, declamaret q̄q;

## QVINTVS

aduersum singulos adducto supercilio cōtractisq; naribus ac fronte rugata,  
cuiusmodi quoq; legimus quendā grammaticū qui stolida quædā nugalia  
ostentans de generibus & casibus uocabulorū differebat, cum arduis supci  
liis uocisq; & uultus grauitate composita tanq; interpres & arbiter Sibyllæ  
oraculorū, Contra quoq; fugienda est nimia frontis oculorūq; deiectio, hu  
merorumq; contractio, ceruicisq; in alteram partem inclinatio, quibus uerē  
dum est ne dum fastus contemni uideat, in maiorem fastum mēs proculcati  
tanti morbi gloriabunda dilabat, sicut Diogeni a Platone responsum fuit,  
cuius cum stratum aliquā præsentib⁹ Dionysii amicis calcans dixisset, calco  
Platonis fastum, at quanto inquit Plato tu alio tumes fastu Diogenes dum  
superbiā te calcare existimas, Quare seite & prudenter Hieronymus ad Eu  
stochiū uirginem scribens sic eam monet. Ne satis religiosa uelis uideri, nec  
plus humiliis q̄ necessere est, ne gloriā fugiendo quereras. Plures em paupertatis  
misericordiae atq; ieunii arbitros declinantes in hoc ipso placere cupiūt, q̄  
placere contemnunt, & mirū in modū laus dum uitatur appetit. Sed ne hoc  
ipsum tibi iactantiā generet, q̄ seculi iactantiā contempsisti, ne cogitatio ta  
cita surrepat, ut quia in auratis uestibus placere desiisti, placere in sordib⁹ co  
neris, & si qñ in conuentum fratrū ueneris uel sororū, humili sedens scabel  
lo te causeris indignā uocem ex industria quasi cōfictā, ieunīs tenues &  
ficientis imitata gressus humeris innitaris alterius. Sunt quippe nōnullę ex  
terminātes facies suas ut appareant hoībus ieunare qui statim ut aliquem  
uiderint ingemiscunt demittūt superciliū & operta facie uix unū oculū libe  
rant ad uidēdum, uestis pulla cingulū sacceū & sordidis manibus pedibusq;  
uenter fortus, quia uideri non potest estu ac cibo. Nouerint ergo humiliari ut  
Ambrosius inquit, sciant uerū humilitatis colorē naturā & nouerint, multi  
habent humilitatis speciē sed uirūtē non habent, multi eam foris p̄tendūt,  
& intus impugnant, ad fucum p̄ferunt, at ueritatē abiurant, ad gratiam ne  
gāt. Est em qui nequiter humiliat se & interiora eius plena sunt dolí, & est q̄  
nimiū se summittit multa humilitate. Non est ergo humilitas nisi sine fuco  
sine fraude, ipsa est uera quæ haber piā mentis synceritatē, magna uirtus ei⁹.  
Rursum quoq; ita gestus corporis moderabūt, ut nihil durum difficile mo  
rosum indignabundūq; in eis argui possit, ne acidi necq; asperi simus, quēad  
modum Euripidē Aristophanes uocat, quæ cū senibus frequentius accidat  
at in adolescentibus ubi ea contigerint damnū ad ipsam usq; infanīe notam  
afferunt, quanq; usu compertū sit, hos fide integritate singulariq; innata qua  
dam bonitate cæteris præstare, Necq; uero tam facile se quisq; exhibebit, tāq;  
abiectissimo etiā cuiq; ac plus q̄ dignitatis ratio postulat familiarē, ut dum  
humanus uideri uult, ab omnibus merito magis contemnat. Sed præterea  
cauendū erit ne hilarescens nimiū sit uultus, profusiorq; frons in lœticiā, ne  
gestiens aut exultans ita modū transeat, ut resolui pene uidea, q̄ maxime aut  
risui erit moderatio, ut (qd dicit Basilius) nō inordinatis & incōpositis mo  
ribus qđ est incontinentiæ signū risum moucamus, sed subridēdo tñmodo.

# LIBER

Icticiā mentis indicemus, ex nulla eī re magis ac ex risu arguitur hoīs uere cundia. Quare Platonē qui summa uerecundiæ laude cōmendatus est acce pimus adeo fuisse compositū ut nunq̄ ridere nisi modice deprehensus sit. Ca to etiā cuius cōstantiā et integritatē ab ipsa usq; pueritia claruisse cōstat, moderat⁹ utiq; ac tardus semper ad risum fuit. Pythagoras aut̄ risu abstinuisse fertur. Illud etiam inquiens risui æque ac tristiciæ non dandas manus. Duo potissimū damnauit Isocrates & risum temere factū, & uerbū cū audacia, q̄ hoc quidem imprudentis, illud uero esset insipientis. Id qđ & sacra doctri na nos admonet. Fatuus in risu exaltat uocem suā, uir aut̄ sapiens uix tacite ridebit, nam Claudio Neroni in quo insignis regnabat stulticia, pr̄ter multa quæ uel remisse uel serio aliquid agentē eī de honestabāt, risus erat etiā indecens spumante semper rictū & humentibus naribus. Quis nō animad uerteret tantā risus foeditatem manifestū esse indicium stoliditatis eius? ac p̄ter stoliditatē negligentiae etiam & obliuionis, quæ tanta in illo fuit ut sepius nec quis nec inter quos quo ue tpe ac loco uerba faceret scire aut cogitare existimaret, adeo ut cū interimi Messalinā mādasset, paulo post q̄ in triclinio accumberet, cur domina non uenisset requireret, multos q̄c ex his quos capite damnauerat postero statim die & in consiliū & ad alec lusum admodū ueri iuberet, & quasi morarent ut somniculosos per nunciū increparet, ob q̄ merito oībus despectui habitus est. Ipsi etiā matri Antoniæ (quæ portentū eum hoīs dictitabat) nec absolutū a natura sed tñ inchoatum, ac si quē secordiæ argueret stultiorem aiebat filio suo Claudio. Nec minus erit fugiendum qđ in Tiberio altera peste romani imperii legimus, quem longe ab illo diuersa atq; abhorrente natura incedere solitū tradunt ceruice rigida & obstipa, adducto fere uultu plærūq; tacitum nullo aut rarissimo etiam cū proximis sermonē eoq; cardissimō, nec sine molli quadā digitorū gesticulatiōe. Quæ oīa ingrata & arrogantiā magnam in ipso arguentia non latuerunt Augustum qui apud senatū & populū excusationē s̄epe eorum facere tentauit, affirmās naturae illa magis q̄ animi uitio cōtingere. Quæ & licet pessimi hoīs signa esse uideant, longe tñ diuersa longeq; diuerso examine iudicāda sunt in eruditis hoībus, cuiusmodi fuisse tradunt Xenocrates. Zeno Stoicus. Empedocles, Socrates, Pyrrho Heliensis aliq; non pauci quibus & frōs subtristior & uultus seuerior & parcitas loquendi & rara nisi cum æqualib⁹ familiaritas nihil attulisse dedecoris uidetur, propter arduas magnarum rerum cogitationes, quibus occupati assidue detinerent. Sed ut ad cetera progressiamur, illud q̄q; prorsus deformē est & detestandū, q̄ C. Caligula facere solebat, ut uultum natura horridū ac teturum ex industria etiam efficeret, coīponens ad speculū in oēm terrorem ac formidinē. Contraq; opprobrio sum & infame oculos instar mollicularū fœminarum declinare, sensimq; & subuercunde attollere, superciliorū alterū demittere, blāde subridere, summa leuiter labella comprimere, uerba non nisi dimidiata & tenera ac attenuato quidem studiose sono proferre, fugereq; ut poeta inquit & secupere ante

## QVINTVS

uideri. Ita ergo moderanda castigandaq; erunt totius corporis membra, ut nullus ex eis exeat gestus & motus, qui non dignus oīm commendatione esse uideaſt. Sed oculis præsertim modus adhibebit, qui tanq; præcones qdā cuncta que nō uersant foris enunciant, non rotandi, non extollendi erūt. Nā alterum leuitatē & inconstantia, alterum tumefactionē & insolentiā arguit. Non huc illuc more insanientis (qd Julianus apostata solebat) dirigendi, nō efforandi minacius, non defigendi uehementius, non deuiciēdi humilius, nō torquendi aut in aliā partem corporis declinandi, sed cum gratia intuentiū & amore regendi, ut qd a poeta dictū est lētos illis afflatos esse honores me rito ab oībus iudicari possit, facies item erit recta, caput non tremulum (qd Claudio Neroni in quantulocunq; actu fuisse summæ deformitati ascribit) motus eius uerbis & uultui accōmodatus, qd nec erit aperiendū nisi reddendi officii causa, non operiendū nisi ad maioris cuiuspiā rei significationē, qd fecisse fertur Socrates in quadā parum pudica orōne. Præterea ut dicit Ter tulanus in descriptione patientię uultus tranquillus & placidus, frons pura nulla mōroris aut irāe rugositate contracta, remissa æque in lētū modū sup cilia,oris quoq; & uocis ratio habenda est, ne labra detorqueant, ne rictus di stendatur, ne lingua proferatur ne titubet, qd in Claudio Nerone reprehēsum est, ne inter loquendū conspuat, ne immundū quid diffuat, ne crepitus ullus emittat, ne signo ullo aut sono quicq; fiat qd ludibrio alicuius cedar, ne excreetur immodestius, ne osciteſt effusius, in quo est memorabile qd a P. Sci pione Africano Pauli filio scriptū est in oratione quā dixit in censura ad po pulum, cum em̄ in iure stans cuiusdā amici causa corā censoribus nimis ac sonore oscitasset, deliberatū est ut plectret, tanq; indicium illud esset animi uagi & halucinatis & fluxæ atq; apte securitatis, liberatus uero est tandem, cū iurasset teneri se eo uitio qd oscedo appellat, inuitūq; pinde se se ac repugnā tem indecētius oscitasse. Vox qd ita moderabit ne in fauibus sonet, ne la bris quasi defluere uideaſt, ne ex industria fiat attenuatior aut deiectior, ne robustior aut eleuator, ne uel strictis dētibus uel dissolutis labiis (qd Hieronymus dicit) uerba proferant. Ceuix item erit nō rigida, humeri quoq; nō iactabiles, cuiusmodi supra diximus fuisse in Juliano apostata, Sed & latera ita recte formabunt, ne more eorum qd magno risui habitos Cicero refert aut instar lynteris enatantis in utrāq; partem totū corpus uacillet, aut ita so latus & mollis inter loquendū sit gestus, ut saltatio quædā inde nasci uidea tur. Brachiis uero & manibus adhibenda est etiā lex quædā summopere cō seruanda, quā & chironomiā conuenienter dictam, & a summis p̄cipue phi losophis commēdatam p̄ceptamq; fuisse legimus, de qua fertur & scripsisse Chrysippus in his quos edidit libris de liberoru educatione. Recta igitur si fuerint brachia, si non indocte manus neq; rustice, magnā addent dignitatē, quale fuit illud Pauli, qui ad Agrippam regē uerba facturus extenta primū manu coepit rōnem reddere eorum qrum accu abaſt, magno nō sine & gra to audientis assensu. Inter loquendū aut non esse agitandā manū, qd id esset

# LIBER

uecordium præcepit Chilo lacedæmonius. Non erūt istem aut capiti ad scalpendū uno dīgo (qd poeta exprobrat) aut naribus auribus ue ad purgandum frequentius manus admouendæ, non sub pallio recondendæ, non strictius complodendæ, non laxius aperiendæ, non hinc inde iactandæ, nō q̄c q̄d iactetur circumuoluteq; in eis gestādum, non inuicem perfricandæ aut percutiendæ, quanq; turbatis animis multa horum sæpius fiant, quæ sedatis cessant, cuiusmodi fertur Ioanni Chrysostomo contigisse, qui inter animi curas atq; æstus indice dextræ manus leuē medium sæpius pulsare cōsueuerat, q̄ maxime aut cauebitur ne quicq; in contemptū atq; infamiam alicuius manu aut digitis fiat, quo loco (ut alia eius generis p̄teream?) id tñ qd in desuetudinem nunc abiit, apud ueteres aut usitatissimū erat memorabimus, ne scilicet medio dīgo quenq; quasi per indicem notemus, id em̄ insaniā arguit. Nam si quis mediū dīgitū protendēs incedat insanire videbit, sin aut indicē non ita. Quare Diogenes plurimos aiebat insanire p̄ter digitum, qui & p̄ regrinis aliquā Demosthenem uidere cupientibus mediū intendens digitum hic ait hic est Atheniensis orator. Expressit hoc etiā satyricus poeta dū infamem dīgitū dicit, at diuersam tñ ab hac infamiae eius autumant esse rōnem, idem quoq; ab alio poeta expressum est, dum in contemptū fortunæ q̄ laqueum illi mandaret & mediū simul ostenderet unguem dicit, accipiens qd sæpius fit partem loco totius, quanq; id aliud genus esse contumeliae (quod nullo tñ alio traditur loco) publica uulgi iactet opinio. Sed & crura pedesq; non sine ratione regendi sunt, ne qd in Iuliano apostata turpe fuit sint impatiētes ut ita dicam nullāq; loci stabilitatē seruantes, ne inter sedēdū agitent qd Chrysippo dum potationibus aliquā indulgens quiesceret accidebat, ita ut ancilla diceret Chrysippisola ineptari crura, ne cum ambulat̄ indecenter & rustice proferant, ut tanq; solidę quedam bases superiora cætera membra fortiter & apte sustinere uideat̄. Laudat plurimū grecos Homerus, q̄ digno quodam & regia maiestate pleno crurū gestu incederent. Habet deniq; incessus non minorē q̄ cætera exteriora demonstrationē latentū intus animalium, Nam (ut ait poeta) qualis animo est talis incessu uenit, qui em̄ tumidi insolentes fastucq; turgidi sunt, quosq; primo loco supra posuimus incessu q̄ maxime morbi suum fatent̄. Cuiusmodi refert Ambrosius duos qui incidentes imaginem quandā leuitatis ac speciem scurrarū percursantiū præ se ferebant, q̄rum alterū licet sedulis se commēdere uidere officiis, hoc solo tñ in clerum non receptū, q̄ geltus eius plurimū dedecet, alterū cum clero iā eum reperisset iussum ne unq; præiret sibi, quia uelut qdam insolētis incessu uerbere oculos suos feriret, necq; deceptū se sententia, nam uterq; ab ecclesia recessit, ut qualis incessus prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur, namq; alter Arrianæ infestationis tpe fidem deseruit, alter pecuniæ studio ne iudicium subiret sacerdotale, se ex eius gregis numero negauit. Qui uero uani supersticiosi molles ac plus equo delicati sunt, tardiore qdam leuioreq; ingressu mouent̄, non dissimiles pomparū ferculis (ut qd dicit Hieronym⁹)

## QVINTVS

me plantas humidior uia spargat, uix imprimunt summa uestigia, atq; (ut ait Ambrosius) ambulantes sensim imitant histrionicos gestus, & statuarum motus nutantii, ut quotienscūq; gradū transferant, modulos quosdam seruare uideantur, quemadmodū Cleantem ferūt deprehendisse naturā cuiusdam rustici callis durati sed libidinosi, quem adolescentes ei adduxerūt, ut de more eius sententiā ferret, qui secūdum Zenonem stoicum prēceptorem suum dicebat ex specie cōpræhendi cuiuscq; mores posse, eum namq; cū aliquāndiu h̄e s̄isset iussit abire, atq; ita abeuntis gestū agnoscens, habeo illum (inquit Cleantes) mollis est. Qui aut̄ indocto & incōposito a gestiq; motu nec nisi cōcuso grauiter toto corpore ac tanquā magnum onus quoddam baiulantes incedunt, non modicā in se animi negligentia arguit atq; uecordia. At qui festinanter & cursim (nisi honestiore eos causa defendat) non paruam utiq; instabilitatē & inconstantia, Quod probe intelligens Chilo lace d̄emonius in uia nunq; festinandū esse præcepit, quibus etiā illud malū adiungitur, q; non sine indecentiā an helitu uultus mutatione orisq; torsione id fieri potest, quæ cum manifesta sint leuitatis indicia maximam etiā ostendunt in corpore deformitatē. Longe uero improbabilior ille uidet incessus, qui nō eundem tenore seruat, qui nullā motus formā continuat, qui ut de Catilina Crispus refert mō cit̄ est modo tard⁹, nihil est em̄ hoc gradiē di more leui⁹, nihil inconstantius, nihil uecordius. Is igit̄ recte seruandus est incedendi modus, in quo (ut Ambrosius docet) sit species auctoritatis gravitatis pondus tranquillitatis uestigii, ita tamen si studium desit atq; affectio. Sed mot⁹ sit purus ac simplex, nihil em̄ fucatū placet, motum natura informer. si qd̄ sane in natura uitii est industria emēdet, ubiars desit nō desit correctio. Hęc in ceteris qd̄ (quos supra explicauimus) corporis gestibus custodiāt, obseruabiturq; præcipue illud Socratis, quod interrogatus aliquando quæ nam esset iuuenis uirtus, nihil nimis inquit, imitabimur Polemonē atheniensem q; urbanus fuisse fertur adiūcta seuera cōstantia. Pomponiū atticū cuius (ut scribit Cornelius nepos) comitas non sine seueritate erat, neq; grauitas sine facilitate, ut difficile esset intellectu utrū eū amici magis uererent q; amarent. Cras sum item & Sceuolā quorum alterū in summa comitatem habuisse etiā seueritatis satis, alteri uero multa in seueritate non defuisse tamen comitatē, auctor est Cicero. Nec minus. Q. Curtius Curionem adolescentē eloquētissimū qui (ut idem tradit) sine arrogantia grauis, & sine segnitia uerecundus esse uidebatur. M. quoq; Antoniū qui frugierat sine contumacia, uerecūd⁹ sine ignauia, grauis sine tristitia, eratq; tantē tranquillitatis ut uultum nunq; mutaret mōrōre uel gaudio, cuiusmodi & Socratē Caiumq; lelium extitit sed dicit Cicero, laudans equabilitatē in omni uita, & eundem semper uultū eandemq; frontē. Fuscum etiā Salinatorē quem refert Plinius fuisse studiū literarum diserit puerū simplicitate, iuuenem comitate, senem grauitate. Atq; Euphratēm illū philosophum in quo & idem laudat summam uitae sanctitatem, pacemq; cum comitate, in quo nulla esset tristitia, multū seueritatem.

# LIBER

tatis cuiusquis reuereretur occursum non formidaret, qui infectaret uitia non homines, nec castigaret errantes sed emendaret. Sequemur id quod de Asella uirgine scribit Hieronymus, cuius dicit nihil seueritate iucundius, nihil iucunditate seuerius, nihil suauitate tristius, nihil tristitia suauius, ita pallore in facie fuisse ut continentia indicaret, non redoleret ostentatione sermonem silencem & silentium loquens, nec citum nec tardum incessum, quod sola uitae sue aequalitate promeruit, ut in urbe pompe lasciuie diuinitarum in qua humile fuisse miseria fuit, & boni eam predicarent, & mali detrahere non auderent, uiduae eam mirarentur, & uirgines maritataeque colerent, noxiem timerent, susciperent sacerdotes. Nec itaque in omni gestu statu incessu sessione accusatione in omnibus denique uultus oculorum manuumque motu diligenter obseruabimus, omnium autem maxime ea mediocritas laudabitur, si neque effeminati & molles neque duris & agrestes esse videamur.

## ¶ De amictu & usu speculi ungentorumque & quibus utendum sit uestibus caput quartum.

Vnde quocunque amictus uere cundi habere oportebit, in quibus non aliter ea quod commendauimus mediocritate ac in ipsis corporis gestibus opus uideatur, ut quod de Asella itidem ab eodem Hieronymo dicitur est idem semper sic habitus neglecta mundicies & inculta ueste, cultus ipse sine cultu, & quod ad Eustochium scribit uestis nec satis mundia nec satis sordida, & nulla diuersitate notabilis. Quod & a Cicerone praceptum est, ut mundicia sit non odiosa neque exquisita nimis, tamenque fugiat agrestem & inhumanam negligentiam, eademque ratio habeat uestitus, in quo sicut in plerisque rebus mediocritatem optimam esse dicit. Cui & Seneca assentiens illud re admoneo (inquit) ne eorum more qui non proficere sed conspicere uolunt facias aliqua quae in habitu tuo aut genere uitae notabilia sint, asperum cultum & intonsum caput & negligentior barba & indistinctum argento odium & cubile humili posatum & quicquid aliud ambitione peruersa via sequitur evita. Satis ipsum philosophiae nomen etiam si modeste tractet inuidiosum est, quod si nos consuetudinem hominum coepimus excerpere, intus omnia dissimilia sunt, frons populo nostra conueniat, non splendeat toga nec sordeat quidem, in quo nec poeta est omnitemenda auctoritas. Pectere te nolam sed nec turbare capillos. Splendida sit nolo sordida nolo cutis. Nec tibi mitrarum, nec sit tibi barba reorū. Nolo uirum nimium pannice nolo parum. Negligentius enim ista curata magnum afferunt contemptum, Quod recte a poeta satyrico expressum est illis uersibus. Quid quod materiam praebet causa scorpionum. Oibus hic idem si foeda & scissa lacerna, Si toga sordidula est & rupta calceus alter. Pelle patet uel si consuto uulnere crassum. Atque recens linum ostendit non una cicatrix, Nil habet infelix paupertas durum inse. Quodque ridiculos homines facit. Negligentior namque cura magnam generat deformitatē, deformitas subinde contemptū, Nam quid aptius de Charōte dicere potuit Virgilius dum deformem eum sordidumque descriptus inquit. Cui plurima metu canities inculta iacet. Sordidus ex humeris nu-

## QVINTVS

do dep̄det amictus. Quid uero indecētius Menedemio philosophocynico<sup>c</sup>  
qui in tm̄ prodigiosæ superstitionis uenerat, ut cū pulla tunica talari astric̄ta  
puniceo balteo pileoq; arcadico cothurnis tragicis barba prolixia, uirga in  
manu fraxinea incederet, dicens eum esse habitū furiae speculatorē q; se pec-  
cantiū uenisse ex infernis locis, ut iterato discedens hęc ibi dæmonibus renū-  
ciaret. Latent præterea sub huiusmodi amictibus magni s̄epius & grauissi-  
mi animorū morbi. Quare ad Saluinā scribens Hieronymus aliis nihil pro-  
delle inquit uile palliolum furuā tunicā corporis illuuiem & simulatā pau-  
pertatem, si noīs dignitatē operibus destruant, instruens quoq; Eustochium  
recte carpit eos quibus fœminei (contra apostolū) crines, hircorū barba ni-  
grum pallium & nudi in patientia frigoris pedes, q; hęc oīa sint argumenta  
diaboli, cuiusmodi Antimū & Sophioniū nominat, qui postq; nobiliū intro-  
ierāt domos, & deceperant mulierculas oneratas peccatis semper discentes,  
& nunq; ad scientiā ueritatis peruenientes, tristiciā simulantes quasi longa ie-  
iunia furtiuis noctiū cibis protrahebant. At maiorē longe reprehensionem  
habet exquisitor mundiciæ cura. Nam de amictu postea dicemus q; cū nul-  
lam fœminis laudem ac summā certe uiris parit infamia. Siquidē ut Tertuli-  
anus inquit cū & uiris propter fœminas & fœminis propter uiros uitio na-  
turæ ingenita sit placendi uoluntas, proprias etiam sibi formæ p̄stigias uiri-  
lis sexus agnoscit, barbā acriq; edere interuellere circūcidere, capillū dispone-  
re, etiam colorare caniciē, primam quāq; subducere toti corporis lanuginē  
pigmento quoq; muliebri distinguere, cetera pulueris cuiusdā asperitudine  
leuigare, tam speculū omniū occasione consulere, anxie inspicere, quis nō in-  
telligat hęc q; ignominiosa dedecorosaq; sint quāq; oībus qui honoris sui  
curam habent magnopere fugienda, quæ uel fœmina uel effeminorum  
uirorū magis sunt propria, neq; aliud in uiris q; mulieribus animi sunt argu-  
mentū. Nō immerito poeta ait. Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina com-  
pti. Fine colli modico forma uirilis amat. Quare s̄epe Hieronymus cincinna-  
tulos pueros & calamistratos acriter damnat. Ambrosius aut̄ ad Yrenēum  
scribens quid de aliis inquit dicimus qui hoc ad luxum deriuandum putant,  
ut calamistratos & torquatos habeāt in ministerio, ipsi promissa barba illos  
remissa coma, merito illic non seruat castimonia ubi non tenet sexus distin-  
ctio, q; deformē uirum facere opera muliebriae ergo & pariant ergo & par-  
turiant qui crispant comā sicut fœminæ, & tñ illæ uelantur isti belligerant,  
Fugienda sunt hęc nimirū ac tanq; Gorgonis facies maxime formidanda,  
quæ & magnis nonnunq; ac præstantibus hoībus summā ignominia male  
dicendiq; causam pepererunt. Demosthenes quo nemo grecorū eloquentior  
propter uestitū cæterūq; cultum corporis nitidū, uenustūq; nimis & accura-  
tum maxime ab emulis aduersariisq; suis opprobria perpessus est, Horten-  
sius quoq; qui post Ciceronē oīm ætatis suæ oratorū clarissimus fuit, grauif-  
simis turpissimisq; est s̄epissime maledictis lacesitus, q; nimia mundicia cō-  
positioreq; amictu ueret, manus etiā inter agēdū haberet argutas admodū.

# LIBER

& gestuolas. Liconi philosopho non est laudi datus multus uestitū nitor & mollices, licet mutato postea consilio exercita tissimus robustissimusq; factus athletarū oēm habitum præ se tulerit, Arcesilaū philosophū refert Plutarchus uehementer esse inuectū in quendam delicatiōē diuite m, qui cum castitate integer habere t, uoce tñ erat infracta, capilloq; arte cōposito, ac oculis ludibundis illecebrofiscq;. At quis C. cæsarem non mirabit, qui mundiciarū lauticiarūq; studiosissimus fuisse a multis traditus est, cui & exprobrarunt se pius q; non solum tondere t diligenter ac raderet sed etiam uelleret, Caluicij q; deformatē iniquissime ferret, adeo ut et deficiētē capillū a uertice reuocaret. Quis non Othonem cuius mundiciæ pene etiā muliebres fuerunt, Nā & uellebat corpus & galericulū capitī proper raritatē capillorum ut nemo dinosceret adaptabat atq; annexabat, qui & faciem solebat q;tidie rasitare, ac pane madido linire, atq; id instituerat a prima lanugine ne barbatus unq; esset. Sed ungantorū usus longe obscoenior infamiorq; uide t fuisse, de q; est illud Arbitri poetæ a Hieronymo memoratū, & ab alio etiā poeta usurpatū Non bene olet qui bene semper olet, Quæ cum fragrantia capitī at uitæ fœtorem maiore p̄stant, qd Diogenes cuidam ungentis delibuto dixisse fert, Quare & Vespasianus adolescentulū quendā fragrante ungento cum ei, p impretrata pfectura gratias ageret nutu aspernatus, uoce etiā grauissima increpauit, maluissem inquit aliū oboluisses, literasq; insuper ob id indignat, reuocauit. Nec est sane quicq; magis muliebre, qd recte Zeno stoic⁹ alii eiuscmodi exprobrauit, quis inquiens mulierē olet. Xenocrates uero Polemo nem adolescentē impudicū cum ebrius coronatus & ungentis madens scholam eius cum sodalibus irrupisset, non modo carpsit, sed orōne insuper quā de pudicitia suscep tam ardentius prosecutus est, miro uirtutis amore & philosophie studio inflammauit. Eadē est & de odoribus ratio, pro quo nostra extant illa disticha. Galla geris tecum redolentia aromata semper. Te mudas semper, cur? quia semper oles. Galla ubi tam multo te sentio oleoscere musto. Tunc ego me nullis naribus esse uelim. Speculi aut usus non est improbatu, si modestiæ aut salubritatis oculorū causa suscipiat, nam Socrates traditur adolescentes cohortari solitus, ut se speculo frequenter inspicerent, Q; si forma insignes essent decorem in se animi degenerare erubescerent, sin contra deformes, uitū corporis animi pulchritudine emēdarēt. Quo & Archimedes syracusanus summus ille geometriæ magister se diligentissime inspirere consueuerat, & Demosthenes utiq; cū pronūciaturus prius secū causas ipse meditaret. Si uero propter lasciuia frequens eius consuetudo habeat (qd Apuleio obiectū fuit) muliebrē quandā magis arguit leuitatē, nec caret in famia. Quod perfacete perq; callide probro dedit Zeno stoicus cuidā adolescentē, cui cum nimio se studio cōponere ad speculū solius lente & segniter transcēderet qddam uehiculū, merito inquit suspectū habet lutum, nec eñ in illo ueluti in speculo intueri potest. Ac aperti⁹ acri⁹q; increpauit P. Aphri canus Pauli filius uir omni præstans uirtute. P. Sulpiciū Gallum hominem

## QVINTVS

quēdam deliciatū his uerbis, Nam qui quotidie unguētatus aduersus speculum ornetur, cuius supercilia radunt qui barba uulsa fœminibusq; subuulsi ambulet, qui in conuiuiis adolescentulus cum amatore cū chiridota tunica inferior accubuerit, qui non modo uinosus sed uirosus quoq; sit, eum ne q̄d dubitet quin idem fecerit qd cīnædi facere solent. Ex quibus non tam speculi de quo modo dicimus mūdiciarumq; quas paulo ante reprehendimus q̄ amictus quoq; de quo nunc loquemur profusior licentia damnari uidebitur. Est em luxuriosa utiq; res uestit, ubi accuratior exquisitorq; est, q̄ uel mos personē uel conditio personē ac loci uel rei dignitas postulat, manifestū nāq; est argumentū dementiē alio q̄d propria cuiusq; regio recipit indumentorum genere uti, manifestius uero aut indecorū immodestūq; aut diuersum a suo statu amictū sibi assūmere, C. Caligulā qui non modo stultus sed insanus insuper fuit, cum multa insaniae suæ signa demōstrauerit, illud etiā cæteris addidisse tradunt uitae eius scriptores, q̄ uestitu calciatuq; & cetero habitu necq; patrio necq; ciuili nec uirili quidē ac deniq; humano semper usus est, sepe depictas gemmatasq; indutus penulas, manuleatus & armillatus in publicū processit, aliquā sericatus & cycladatus ac modo in crepidis uel cothurnis modo in speculatoria calliga, nonnunq; socco muliebri, plerunq; uero aurea barba, fulmen tenens aut fuscinā aut caduceū deorū insignia, atq; etiam Veneris cultu conspectus est, triūphalem quidem ornatū etiā ante expeditiōnem assidue gestauit, interdū & magni Alexandri thoracē repetitū e conditorio eius. Neronem q̄q; circa cultum habitūq; adeo pudendū fuisse referunt ut comā semper in gradus formatā peregrinatione achaica etiā pone uerticē summiserit, ac plerunq; synthesin indutus ligato circum collū sudario prodierit in publicū sine cinctu & discalciatus. At Domicianū in stadio p̄sedisse crepidatū purpureaq; amictū toga gr̄ecanicā capite etiā gestasse coronam auream cū effigie Iouis ac Iunonis Mineruq;. Quā modestius autē uidetur fecisse Adrianus qui uestem humilimā frequēter indutus est, cinctū etiā balteum cui nihil aurieisset, Quā sapientius q̄q; August⁹ qui ut & erudi ti auctores scribunt ueste nō temere alia q̄ domestica ususest, a sororibus & filia nepotibusq; cōfecta togis neq; restrictis neq; fusis, clavo nec lato nec angusto qui habitū insuper uestitumq; pristinū reducere studuit, ac uisa quoniam pro concione pullatorū turba indignabundus & clamitans, enī romanos rerum dominos, gentemq; togatā, negociū ædilibus dedit, ne quē post hac paterent in foro cирco ue nisi positis lacernis togatū consistere. Quod fecisse etiam traditur T. Castrilius qui sub Adriano claruit summus eloquētię præceptor, qui cum discipulos q̄sdam suos senatores uidisset feriato die tunicas & lacernis indutos, & gallicis calciatos, grauitereos increpuit satius asserens honoreorum consultū iri si togati incederent. Quod & Marco Antonio Cicero obiectauit, dum dicit cum gallicis eum & lacerna cucurrisse. Est aut̄ gallicarum calceamentū id qd solearum aut crepidarū quibus plantare calces tñ in fine teguntur, cum cetera sint prope nuda, & teretibus habenis

# LIBER

vincita, quæ apud nos propter consuetudinem commendatissimæ habent, sed tunicarum quæ cū gallicis damnatae sunt & nostris & antiquis simul tibiis constat usum esse improbatū, Quare Q. Ennius non sine probro uidet carthaginensium tunicatā iuuentutē dixisse. Virgilius q̄d dum phrygios tanq̄ eſ fœminatos criminat. Et tunice inquit manicas & habent redimicula mitræ. Sunt aut tunice uestes quædā quas nostri græco uocabulo chīridotas appellauerunt prolixæ ultra brachia & usq; in primores manus ac prope in digitos, quibus Romæ atq; in omni latio uti indecorū fuit, Nam fœminas solas uestem longe lateq; diffusam decere existimarūt, ad ulnas cruraq; aduersus oculos protegenda. Cum uiris mos fuerit primo quidē sine tunicis togā solā postq; eas substrictas & breues tunicas citra humeros desinētes habere, Nō immerito hebræorū lege immundus censebat esse omnis qui uel muliebrē uir uel uirilem mulier uestem indueret, qd si uere ut inquit Ambrosius discutias longe ab ipsa abhorret natura. Cur em (ait) homo nō uis uideri esse qd natus es, cur alienā tibi assumis speciem, cur mentiris fœmināt uel tu fœmina uirum? suis unūquēq; sexum ornauit natura indumentis, deniq; diuersus usus, diuersus color uires motus incessus. Huiusmodi igitur amictibus abstinentum erit quos aut ratio aut consuetudo aut natura non suscipit. Cæteræ & his qui minime quidē improben̄t non erit lasciuæ aut ambiciose utendū, in quo urbanissime Solon Crœsum reprehēdit, cui cū se exquisitissime om̄i ornamentiū genere composuisset, sublimiq; in solio sedens interrogasser, an pulchri⁹ unq; spectaculū uidisset, gallos inquit gallinaceos phasianos atq; pauones, naturali em eos florere speciosioreq; amictu uestiri. Insuper cauebi mus ne (qd dicit Hieronymus) omnis sit cura de uestibus sibene oleāt, si pes laxa pelle non folleat, si astricte sint manicæ, si nulla ruga socciq; crispantes, ne item laxior fluxiorq; cinctura sit, qd exprobrasse cæsari Syllam ferunt, admonuisseq; sèpius optimates ut male præcinctum puerum cauerent, Ne multa frequentius & qmaxime quorū uarii sunt habitus indumenta mutēt, magnum est em id instabilis animi indicū, ne in simbrias secta, ne qd nostris suscitatiū tibiis diuersis diuersa sint coloribus, diuisum utiq; in totidē partes cerebrū arguentia. Ne more phrygū picta sit acu uestis (ut poeta ait) circumtextis defuper nescio quibus mysticarū regi argumentis, breuibusc & argutis sententiolis, quæ summā aperte ostendunt levitatē & inconstātiā, quas cum nec autores sèpius sui quid significant intelligent, at alii pro suo quicq; captu & iudicio in malam ut plurimum partem interpretāt. Ne auro gemmis unionibusq; onerata sint quorū preciū ad auxit sola hoīm opinio, Apud plerasq; em gentes uilissima ea æstiman̄t, adeo ut & uincula & compedes ex ipso qd apud nos in summā crevit estimationē auro fabricent, Laudatur C. Cæsar qui usum cōchiliatæ uestis & margaritarū tradit̄ nisi certis personis & ætatibus perq; certos dies ademisse, quæcum tanti faciamus qd luxuriosius dici potest q̄ ingentiū patrimoniorū precia uanæ cuiusdā otentiationis causa gestare, quid uero inanius q̄ uel spinter humero ferre, instar

## QVINTVS

puerorū aut fœminarū, quod equestris ordinis homines nunc factitātē vel catenulā collo instar insaniētiū, quod propter claritudinē sanguinis aut dignitatē aliq̄ plēriq; solēt. Hęc adolescentes quibus uerecundia honor placet perpetuo custodiant, custodita em̄ non modicā parient eis laudē & commendationē, quę & fœminis si quę forte monita nostra acceperint lōge maiore seueritate p̄cipimus, quādoquidē & maior in eis mundiciæ amictusq; lubricitas, & pudoris etiā periculū maius uersatur. Quare Esaias deo plenus clamans grauiter ac pro his eas increpans, in die illa (ait) auferet dominus ornamētū calciamētorū & lunulas & torques & monilia & armillas & mitras & discriminālia & perifcelidas & murenulas & olfactoriola & inaurēs & annulos & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria & palliola et linteamina & acus & specula & sindones & uittas & theristra, & erit pro suauī odore fetor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluiciū, & p̄ fascia pectorali ciliciū. At Paulus mitius eas instruens sic inq̄t. Mulieres cū pudicitia & uerecundia cōponentes se non in torūs crinib⁹ neq; auro neq; margaritis aut ueste preciosa sed ut decet mulieres promittens castitatem per bonam cōuersationē. Cui & assentiens Petrus ita scribit. Sit in muliere non exterior ornamenti aut auri aut uestis cultus sed cult⁹ cordis, libenter em̄ sa crorū auctorū scripta eis p̄ferimus, q̄b⁹ moneri lōge magis q̄busuis ratio nibus solent. Quid igit̄ & alii si qui erudit⁹ fuerunt scripserint cōmemorabimus? Nam Tertuliani inter cetera quibus longo sermone eas carpit hęc uerba sunt, in deum em̄ delinquunt quę cutē medicaminib⁹ ungūt genas rubore maculant, oculos fuligine colligunt displicet illis nimirum plastica dei, in ipsis reprehendūt artificem omniū, reprehēdunt em̄ cum emendāt, cum adiiciunt utiq; ab aduersario artifice sumentes additamenta ista id est diabolo, qđ uero tanta ornandi capit⁹ onerositas salutis subministrat, quid crinib⁹ uestrīs quiescere non licet, modo substructis modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis, alię gestiunt in cincinnis coercere, alię ut uagi & uolucres elabūtur. Pr̄terea nescio quę enormitas subtiliū atq; textiliū capillamētorū nūc in galeri modum quasi uaginā capit⁹ & operculū uerticis, nunc in ceruicē retro suggestum. Quid minus habent infelicitissimae illę impudicarū libidinum victimæ, quas si quę leges a matronis & matronalibus decoramentis coercebāt, iam certe seculi improbitas quo idie insurgens honestissimis quibusq; fœminis usq; ad errorē dignoscendi coequauit. Prodite uos iam mendicamentis & ornamentis extructe apostolorū sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborē depictæ oculos uerecūdia, & os sp̄iritus tacitur nitate, inferentes in aurē sermonem dei, annexentes ceruicibus iugū Christi, caput maritis subiicite, & satis ornatę eritis, manus lanis occupate, pedes domi figite, & plusq; auro placebitis, uestite uos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitię, taliter pigmentatę deum habebitis a matorē. Ac quid Cyprianus Tertuliani sumus imitator dicat etiā audiamus, appellans namq; eas estote (ait) tales quales uos deus artifex fecit. Estote tales quales

## LIBER

uos manus patris instituit, maneat in uobis facies incorrupta, ceruix pura, forma syncera, nō inferant auribus uulnera, nec brachia includat, aut colla de armillis & monilibus cathena preciosa. Sint a compedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conspicendo deo digni, ornamentorum ac uestiū insignia & lenocinia formarū non nisi prostitutis & impudicis fœminis congruunt, & nullarū fere p̄ciosior cultus est q̄ quarū pudor uilis est, Augustini quoq; est memorabilis auctoritas fucare em (inquit) figmentis quo uel rubicundior uel candidior uel uerecundior appareat adulterina falacia est, qua non dubito etiā ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis pmittendae sunt fœminę ornari secundū ueniam non secundū imperiū, nam uer ornatus maxime christianorū non tm est nullus fucus mendax, uer ne auri quedam uestisq; pompa sed mores boni sunt. Execrāda autē est supersticio ligaturarū, inaures uirorū in summis ex ima parte auribus suspensę deputat̄ non ad placendū hoībus, sed ad seruendum dæmonibus adhibent̄. Sed & Chrysostomus uultū ait pulchritudo & apticorporis motus & formatus incessus & uox fractior & picti oculi & infectę male & capit is ornatus & tinetura criniū & preciosę uestes & ornamenta diuersa, & gemmarū splendor & alia quæ ad mundū pertinent muliebrē grauia sunt ad perturbandū animum, nisi multo se castitatis uigore conluerint. Nec uero omittamus Hieronymū austeriore etiam morū censorem, qui eas acriter arguens monet ne procedentes in publicū pectus & colla denudent, pallioq; reuelato ceruices aperiant, ne per terram ut altiores uideant uestes trahant, ne de industria difusa sit tunica ut aliquid intus appareat, operiaq; qd foedum est, & aperiaq; qd formosū, ne caliga ambulantiū nigella ac nitēs stridore iuuenes ad se uocet, papillæ fasciolis cōprimant, & crispanti cingulo angustius pectus arctet, capilli uel in frontem uel in aures defluant, palliolū interdum cadat, ut candidos nudent humeros, & quasi uideri noluerint celent festine qd uolentes detexerant, et qñ in publico quasi per uerecundiā operiunt faciem luparum arte id solum ostendant quod ostensum magis placere potest.

## LIBER SEXTVS

### DE LOQVACITATE ET GVLA VITANDA DE QVE

sermone honesto ac parsimonia obseruanda ca. primum

Ræclarā sunt quæ hactenus perscripsimus uerecundiæ p̄cepta sed p̄ non contemnenda quæ sequunt̄. Nam parum prodesset personarum rerūq; rationē seruare, nisi locorū etiam temporūq; modū haberemus. Cura igitur erit ut in priuatis primo locis summam etiam quā supra lauda uimus mediocritatem obseruemus, ne domi tanquam in foro aut theatro culti splendidiq; maneamus, neue ita sordidi ut culinam magis incolere uideamus ita dispalliat̄ ut impudentiæ merito arguamur. Sed in conuiuio præsertim erit pudor necessarius, ut (quod dicit Varro) lectus sit locus, qui si fordescat magno cedit dedecori, ut non neglectus apparatus, ne Diogenem cui ligneum uasculum potum ministrabat imitemur, nam immunda

## SEXTVS

Uilisq; supellex non modicā affert conuiuio indignitatē, ne tam agrestes  
sint & inusitatī ac tenues cibī, ut Pythagorē digni magis cœna esse iudicent.  
Est em̄ id non tam rusticatīs & negligentē q̄ avariciē ac sumāe etiā demen-  
tiæ euidentis indiciū. Non minus uero fugienda erit sumptuosior exq; sitiorq;  
ciborum copia pompaq; splendidior, ut (quod Plinius ait) cœna sit expedi-  
ta, sit parca, atq; ut apparatus & impendii sic temporis modus constet, ne  
ambiciosissima s Cleopatrē mensa emulantes causā nobis præbeamus licē-  
tioris edacitatis uoracitatisq;, studeamusq; profusius saginando ueniri, quē  
uere arguteq; Diogenes uitę carybdim appellauit, cuius nimia ingurgitati-  
one nihil est animæ corporiq; nocētius, nihil quod ingenia magis enecet, ma-  
gisq; pudorē confundat, nihil quod stoliditatē magis generet atq; uecordiā  
Claudii Neronis scita est stultitia innataq; mentis quædam obliuio, cuius  
tantā fuissē edendi bibendiq; omni & loco & tempore ingluuiem tradunt  
ut non temere unq; nisi distētus & madens e cœna cōsurgeret, ut & statim  
supino ac per somnū hianti penna in os mitteret ad exonerādū stomachū.  
Quæ cum grauiter quēq; deturpent atq; dehonestent, at principes q̄ maxi-  
me & magnos uirōs. Nam prēter Claudiū quis Vitelium non sume detesta-  
bitur, cuius pudendā uoracitatē uileq; simul & abiectū animū dign⁹ tandē  
finis secutus est. Quis non Clodiū albinum tyrannū hominē crudele & im-  
manē qui adeo gulę habenas relaxare potuerit, ut prēter cetera carnis obso-  
nia quingentas etiā ficus iejunus comedēret, & ceniū perfica pruna & pepo-  
nes hostienses decē & uuarū lauicanarum pondō uiginti. Quis non Firmū  
& Bonosum ambos tyrannos & a Probo augusto tandem superatos, quorū  
alter non multū uini sed cibi tñ sumebat, ut struthionē in die comedēret, al-  
ter uero tantū bibisse quantū nemo hominū fertur, adeo ut quicquid in ore  
immersisset, id uesica totum refunderet, de quo dicere solebat Aurelianus.  
Non ut uiuat natus est, sed ut bibat, qui cum a Probo bello deuictus laqueo  
uitam finiuisset, illum de se iocū reliquit, ut dicereatur amphoram perditam  
esse nō hominem. Sed & M. Antonii turpissima est illa nota, cuius cum insa-  
ciata fuerit edendi cupiditas, modestię tñ nimis in eo metas uideat excessisse,  
q̄ pridianā cœnā præ nimia stomachi grauitudine in medio ipso foro eu-  
muerit. A quo longe abhorrens maiore merito est laudē assēcutus Augu-  
stus, qui cibo minimo atq; uulgarifere utens, secundariū panē & pisciculos  
minutos & caseum bubulū manu pressum & ficus uirides biferas maxime  
appetebat, cœnā q̄q; ternis ferculis aut cum habūdātissime senis non nimio  
sumptu conuiuīs præbebat. Laudatus est etiam Alexander seuerus uti mul-  
tis uirtutibus ita præsertim uitæ parcitate. Laudatus & Tacitus Augustus  
quē amariores etiā cibos ferunt appetisse, panēq; nisi siccum ac sale nūq; aut  
aliis rebus conditum comedisse, phasianā quoq; auem nisi suo aut suorum  
natali diebus ue solennibus mēsē adhibuisse. Adeo autē parsimonīa ueteres  
romani obseruarunt, ut non modo uictus tenuitate & domestica disciplina  
sed publicis etiā ac plurimis qdē sancitis legibus eam custodierint. Eiusmodi

# LIBER

Sunt lex fania, lex licinia, lex æmilia, lex cincia, lex iulia quibus & coenarum sumptus & personarum conditio & dierum solennitas, et ciborum genus ac modus præfinitus est. Nec uero tam ad ciuitatem morum quantum ad conseruandum incolume corpus confert plurimum moderatus uictus, Socrate tradunt parce admodum & temperate uixisse, quod ad bonam ualitudinem adeo illi profuit, ut cum in athenies sepe lues debacchare, solum ipsum constet nunquam egrotasse, Zenonem quoque stoicum qui simplicissimi moderatissimique uictus semper fuit perstuisse incolumem integrum ac sine morbo, annum etiam uitae suae octauum & octogesimum attigisse. Contra Lacydum uirum alias eximiae seueritatis paralyticum ex nimia potatione incurrit, atque ex ea interiisse legimus. Arcesilaum etiam eius magistrum, cum & immodice ipse utique uino maduisset, Quare uere Pythagoras ebrietatem perniciem uocabat, neque est quicquam quod humanæ magis naturæ dignitatē uiresque prosterat. Si natura em sequemur, satius est sicutim restinguere si libidinem nihil satis, cui cum laxari habene coepit, tunc omnis mentis acies dissoluatur penitus, atque ut Isocrates ait tanquam currus amissio auriga feratur necesse est, tunc emergat si quid insaniam latebat, tunc prodeat atque denudetur si quod secretum tegebat, incendaturque omnis furor & rabies, quemadmodum & ipsis uidemus doliosis que musto extuante clausa di rumpuntur. Neque enim sui compos est quae nimio uino atque epulis sepulta ratio facit. Nam Alexander Macedo cur Clytum optimum uirum & amicissimum iussit interfici, nisi immoderato (quod insaniebat) cibo uinoque incitatus, pro quod posteriori die cum iam uini furor euauisset, adeo poenituit ut mortem penae ipsi sibi consciuerit. Lapithæ uero quos cum Pirithoo & Theseo pugnantes describit Naso, ubi (si poetis credimus) nisi inter pocula & largas dapes tam bellum excitauerint, tantisque se mutuo cedibus consperserunt. Maximiliane est semper facienda sobrietas, que non tam corporis quam mentis et animi etiam ualeitudinis sumum affert adiumentum. Sed propter haec cauebit ne quod insolens inter coenam innouem. Cuiusmodi fuit illa Augusti coena in qua deorum dearumque habitu discubuisse conuiuas, & ipsum pro Apolline ornatum tradidit, magna cum eius ac perpetua apud omnes nota et detestatione. Minime etiam decebit electioribus quodque cibis uesci, cum uiliores aliis ministrent, ut (quod poeta carpit) cum panem alii edant. Vix fractum solidam ita musta frustafarinæ, tenerum & niueus mollicque silagine factus domino consenseret. In qua laus est illa non subtiliter cœdaris, qui domesticâ disciplinâ tanta uiri diligentia et seueritate rexisse fert, ut pistorem copedibus uinciri iusserit, quod alium quam sibi panem conuiuis subiecisset. A modestia quodque alienum esse videbit, si appositam mensam dapes tangat insipidores fastidiens alias desyderet, quod intelligens utique cœsar cum pro viridi conditum oleum hospes forte in mensam protulisset, aspernarenturque certe, solus ipse appetitum largius, ne in hospite aut negligenter aut rusticitate argueret. Curandum erit insuper ut qui uel etate uel sapientia digniores fuerint inter accubendum nobis preferamus, quod antiqua iuuentute obseruasse supra cum de senibus honorandis loqueremur ostendimus. A saluatore

## SEXTVS

etiam nostro scimus p̄ceptū esse. Cum inuitatus eīm̄ inquit fueris ad nuptias non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & illum uocauit dicat tibida huic locū, & tunc incipias cum rubore nouissimū locū tenere. Præterea ne accubatio etiā ipsa sit rustica aut immodesta, in quo proponendus est nobis exemplo Q. Sertorius uir ut in cæteris ita in hoc etiā q̄maxime laudandus. Mos erat illi dum conuiuaretur plurima semper honestate uti, seruareq; oēm̄ decorem, nec sufferre aliquid qd uel uisu uel auditu turpe esset. Probandus quoq; admodū est mos Satur nini cuiusdam tyranni romanorū, qui in conuiuio discumbere milites ne in feriora denudarēt cum sagis iussit hyeme grauibus æstate perlucidis, demū q̄da Varrone etiam p̄ceptum est erunt conuiue nec loquaces nec muri qdē q̄ eloquentia in foro & apud subsellia, silentiū uero non in cōuiuio sed in cubiculo esse debeat. Quanq; si qd excedit attendamus loquendi longe maius q̄ tacendi periculū ueretur, Quod prudentissimo illo Xenocratis responso admonemur, qui cum multis maledicentibus cur solus taceret interrogaret dixit quia locutū me esse aliquā pœnituit, tacuisse nunq;. Loquacitatis igitur præcipuo quodam studio uitiū caueri debebit, qd & Chilo lacedæmonius p̄cepit, lingua īgens semp̄ qdē sed in cōuiuio p̄fertim esse cōtinendā, Zeno q̄q; stoicus cum in cōuiuio taceret taciturnitatisc; causam rogaret eū q̄spīā, nuncia (inquit) regi quendā qui tacere sciat, quem & solitū ferūt dicere melius esse pedibus q̄ lingua labi, Quæ ita continebit, ne quid in contemptū damnū ue aliorū dicamus, ut pro dignitate quenq; sua grauiter & officiose compellemus, modesteq; & humaniter ubi respondendū erit refellamus, ita etiam erudiet ut (qd Augusto laudi attribuit) conuiuas uel tacentes uel submissimi fabulantes cum summa comitate ad communionē sermonis prouocemus, Sequamur q̄q; quem supra memorauimus Q. Sertoriū, qui ita oēs suos in conuiuio instituerat, ne maledictū ullum proferrent, aut inuicem iungarentur, sed iocis tm̄ qui placidi quidē ac modesti essent uterent, & qd monet Varro sermones id t̄pis habeant nō super rebus anxiis aut tortuosis sed iucundi atq; inuitabiles & cum quadā illecebra & uoluptate utiles, ex quib; ingeniu nostrū uenustius fiat & amoenius, qd profecto inquit euenerit id genus, sive rebus ad cōmunē uitę usum pertinentibus confabulemur, de qbus in foro atq; in negotiis agēdis non eīt ocium, ut amurq; ea modestia ut (qd Ambrosius dicit) caueamus ne dum sub specie iucūditatis relaxare animū uolumus, eneruemus uirilē grauitatē soluamusq; oēm̄ armoniā quasi concētum quendā bonorū operum, ut (qd Plinius inquit) socraticis tm̄ sermonibus coena abundet, in his q̄q; teneat modum. Erit aut̄ operæ preciū ut inter cōuiuandū legatur quippiā, qd delectet simul atq; instruat, in quo admodum utilis uidetur esse historia, ubi ueterum facta recenseant, qd & Varroni placuit, & pleriq; antiquorū ac doctorū quidē hoīm factitarunt. Et Alexander p̄fertim seuerus romanus princeps solebat, cui illud etiā memoraē summa laude dignum, qd maxime uellem imitarent oēs siue privati siue principi-

# LIBER

pes, qui scurrarū tñ & assentatorum inanibus & uerbosis conficiq; nugis  
cœnantes potissimū delectantur. Nam Paulum & Vlpianum illustres iuris  
consultos quos sūmis auxit premiis & honoribus aut alios doctos homines  
semper sibi cōiuanti adhibebat, ut haberet fabulas literatas qbus se recrea-  
ridicebat & pasci.

¶ Quanta locis sacrī haberi debeat reuerentia caput  
secundum

Vm priuata sgitur loca uerecundiā exigere uideātur, at multo certe  
magis publica, nā q̄ aptiore sum⁹ in cōspectu hoīm, eo maiore etiā ui-  
tē moderatione morūq; ciuitate ut idebem⁹, publicorū aut null⁹ est  
focuſ cui maior debeat reuerentia & pudor, q̄ in quo diuinę laudes celebrāt,  
In templis ergo ita uersabimur ut nihil agamus in contemptū dei immorta-  
lis, cuius honori illa dicata sunt, quem quoquis in loco non satis digne u nquā  
pro immēlis innumerabilib⁹q; in nos eius beneficiis laudare atq; extollere  
possimus, p̄cipue aut ne cuius causa fora constituta sunt negōciosum quicq;  
in eis geratur curabimus, procul inde mensæ argentariæ, procul cuiuslibet  
genere tabernæ, procul causidicorum iurgia, procul emptorum proxeneta-  
rumq; sollicitæ excursiones, que quātū ipse dominus noster exhorruerit da-  
mnaueritq; euangelica docet historia. Nam cum intrasset templū eiiciebat  
(inquit) omnes uendentes et ementes in illo, & mensas nummulariorū & ca-  
thedras uendentiū columnas euertit, dicens scriptum est domus mea dom⁹  
orationis uocabitur, uos aut fecistis illam spelūcam latronū, Sed ne quid im-  
pudicum & obſcenum fiat magnopere etiā erit custodiendū, castigabunt  
ita oculi atq; ab omni illecebroſa lasciuia & procacitate compescētur, ne ab  
eodem saluatore nostro eruere eos mystica & recōdita ratione moneamur.  
Cætera uero quæ prodigiosa dictu ne dum factu accidisse aliquā comperta  
sunt, nescio qua merita satis poena uindicari possint, fœdum quidem & ex-  
crandum fuit Publī Clodii adulterium, quod cum Pompeia uxore cæsaris  
dum soleſſes ſacræq; ceremoniæ celebraren⁹ commiſſit, sed iusta demū etiā  
detecto denunciatoq; tanto ſcelere in eum iudicū animaduersio. Nec im-  
merito, cum Hippomanes & Atalanta in templo Cybeles cōcubuiſſent (ſi  
fidem adhibemus poetæ) ſacra retorferunt oculos, turritaq; mater Ansty-  
gia fontes dubitauit mergeret unda. Cæterum nec alia licet his leuiora erūt  
etiā negligenda, Nam cum ſacerdos ſacra facit, nunc caput aperiendum,  
nam ceruix inclinanda, nunc genu flectendum, nunc cætera pīe mentis re-  
ligiosiq; affectus ſigna (utires queq; postulabit) facienda. Non uero erit de-  
ambulandum, non confabulandum non ridendum, non ſtrependum, non  
iurgandum, non pro foribus qđ fœminæ ſolent ſtandū, non retroſpiciendū  
non diſcedendū in expletis adhuc ſacrī niſi neceſſariā ob cauſam. Quod gē-  
tiles tantifecerunt ut cum ludi circenses Apollini celebrarentur, & Annibal  
nunciatus eſſet circa portam collinam urbi ingruere, omnesq; raptis armis  
concurriſſent, cum reuerſi poſtea piaculum formidarent, inuenient quodam  
ſene in circo, qui nūq; interruperat saltationem, dictum eſt hoc prouerbiū

## SEXTVS

Salua res est saltat senex. Summa quippe in omnibus semper fuit apud gentiles religionis obseruatio, ac tanta quod ut nec grauissimorum criminum reos ex temporibus trahi atque amouerri per uitam liceret. In quo memorabilis est etiam quod Augustinus refert gotthos gentes immanes et barbaras cum italiis irrupisset, multaque illi tristia & execranda intulisset, oibus tamen qui ad tempora confugisset sine ullo aetatis aut sexus discrimine pepercisse. Quem Christianorum non pudebit quod crudelissimi barbari fecisse traditur non maximum etiam sacris locis in uiolatissimum honorum exhibere; quis non dolebit; quis non ingemiscet eo Christi culto res deuenisse (de iis qui grauiores sapientioresque sibi aliquando uidentur locum) ut non secus in templis ac uiis publicis atque in ipso foro uersantur, quasi negotiaturi non oraturi ad ea uenerint. At parcant tandem diuinum honoratum nihil facere, idque cum omni loco & tempore, at praesertim cum sacra celebrantur, cum altariis ministratur. ad quod omnes praecepit cohortamur adolescentes, ut monita potius nostra quam multorum etiam seniorum uestigia quorum impudens in templis agendi est consuetudo sequentur, in foro a utem ceterisque locis prophanis publicisque liberior est ac indulgentior uitae ratio, sed cum magna utique morum moderatione, Nam diuersitas locorum licet diuersos ac graues tamen bonos semper mores postulat. Non igitur multum laudabitur si longior sit taciturnitas, defixiorque meditatio, si nemo salutetur, si salutanti par salutationis officium non reddatur. Cœnare quoque in propatulo (quod cynici solebant) longe a uerecundia erit alienum, quantum id ab antiquioribus factitatum esse certum sit, quos ut non multum laudamus, ita nec omnino improbamus, quod humanioris simpliciorisque uitæ causa id agerent, nec tam sumptuosas rudior illaetas dapes sibi pararet, quibus uesci uidentibus omnibus erubesceret. Sed neque modestum esse uidebitur, si quis saltet non item si quis cantet, qui mos est gallorum, cuiusmodi tradit Q. Claudius Quadrigerius Gallum illum quem Titus Manlius bello superatum uitta simul & torque unde etiam sibi nomen inditum est spoliauit, cantabundum enim eum pugnam iniisse describit, Humanitati quoque non conueniet, si quisque altius exclamat, si conuicte, si immodestius excurrat, si fustes, aut lapides iaciat, quod insanis solent, omnium uero inhumanissimum iudicabitur, si obuios sibi cedat, quod facere solitum ferunt L. Neratium iraprobiissimum quendam hominem atque immanissimum, qui delectabatur os optimi cuiuscumque manus suę palma percutere, & quia secundum legem xii. tabularum v. & xx. assles ob id exoluere tenebatur, iubebat statim ubi quempia depalmauerat, eam pecuniam numerari a seruo, qui se cum crumena plena assium sequebatur. Hæc atque his similia evitabunt adolescentes, quorum licet impudentia ita aperta sit ut præceptis ullis minime indigere uideantur, non inutile tamen fuerit eam aetatem que in omnes lubrica & preceps fertur errores ut ab his etiam se contineant admonere.

Agriculturam summa diligentia curandam ostendit  
Capitulum tertium

m m

# L1BER

T quoniam non tam ciuilia quā rustica quoq; negocia gerere oportet, recte utiq; qualiter rure agere debeamus uidēdum est, eo maxime q; rusticę uitę assuefactio mirum quandam generat amorem bene recteq; uiuendi, uoluptati contemptum, uitiorū odium, flagiorū execrationem, quibus omnium abunde urbi biū scatent recta. Sunt em̄ minime male cogitātes qui in eo studio occupati sunt, ut tradit M. Cato in libro quem scripsit de re rustica. Quare ueteres (ut est eiusdem sententia) quando uirum bonum laudabant ita laudabant bonum agricolam bonūq; colonum appellantes, amplissime laudari existi mabantur qui ita laudabantur. Neq; quicq; ait Augustinus esse innocētius huic operi uacantibus aut plenius magna consyderatione prouidētibus, Af fert quoq; tam magnam delectationē, ut quod idem testatur uideamus cū tāta uoluptate animi agros colere q;sdā, ut eis magna pœna sit inde ad aliud auocari. Quare & Cicero omniū rerum ex quibꝫ aliquid acquirit nihil agri cultura melius esse dicit, nihil uberius, nihil dulcius, nihil sanctius, nihil hoīe libero dignius. Est deniq; agrestis uita tota sobria & sancta, tota & amœna & iucunda, totaq; instar primæ ætatis aureæ, sub qua etiam tunc simul pri-  
mum colicœpta est. Nam ut inquit Varro & anteq; urbes essent rura cole-  
bantur, dante hæc diuina natura, illas aut̄ aedificāte arte humana, indeq; eti-  
am existimatū est agricultorū solos reliquias esse ex stirpe Saturni regis, Qua-  
re & antiquiore & meliorem simul culturā agri cæteris esse putauerūt, atq;  
ideo terram eandem appellatā esse matrem & Cererem, q; qui eam coleret  
piam & utilē uitā agere credebant, nec sine ratione maiores nostros in agris  
habitantes summo semper amore rusticationē coluisse, quos nec nisi accersi-  
tos cum de rebus publicis consultandū esset in senatum uenisse scribit Cice-  
ro, unde etiā quorum euocandi eos officiū erat uiatores appellabant. Quo-  
tpe ignari omnis luxus oīmc; deliciarum frugi admodū extiterunt & gra-  
ues, firmiores quoq; ualetudine, atq; ad omne magnum egregiumq; opus  
uirtutis aptiores, exercentes siquidē se affiduis uenationibus, omniq; opere  
agresti, præualebant uiribus, ad conserendasq; ubi opus fuisset cum hostibus  
manus q; maxime idonei erant. Nam ex agricultoris ut inquit M. Cato & uiri  
fortissimi & milites strenuissimi gignuntur, quare ut dicit Varro non sine  
causa ueteres Romani ex urbe in agros ciues suos redigebant, q; & in pace  
a rusticis alebantur, & in bello ab his tuebantur, alebantur aut̄ adeo ut largi-  
ores longe fruges secūdioreſq; campos habuerint, dum cum uiciniis urbi ho-  
stibus in ferrum quotidie ruerent, q; postq; propagatis finibus subactisq; fini-  
timis populis diuturna eos quies, altaq; pax alere pristinusq; proinde mos  
uirilisq; prima uita disPLICERE cepit. Relictis em̄ omnes ligonibus & aratis  
petiuerunt incenia, præponentes agris urbes, segetibusq; & uineis circos ac  
theatra, facti spectatores inaniū & turpissimorū ludorum, consumētesq; ita  
dies ludo uel somno, noctesq; omni infana libidine, quorum ignauiam & se-  
cordem uitam persecuta est etiam postea omnis mala ualetudo, Nam pro-

## SEXTVS

pter exaciatas immoderatius uoluptates resoluuntur corpora iuuenium, in tempestaue senectute deficiunt. Cū hæc igitur omni susceptione digna esse videantur, at q̄ maxime adolescentium, ad quos magis etiam pertinet duris assuefieri laboribus, ut domita adolescentia cōculcatissq; blandis eius ætatis libidinibus uiri postea euadant grauiores & moderatores. Quod intelligens Lygurgus cū lacedæmoniis leges ferret interdixit forū pueris puberis, sanxitq; ut rure agerent, quo uitam sobrie parceret consumerent, ut dormirent sine strato, uescerentur sine pulmento, demum in urbem reuerteret, ubi labori ita assuefacti uiriles ad annos peruenissent. At præter modestiore integrionemq; uitam quæ ex ruris habitatione acquiritur est & aliis magnis ac singularis eius fructus, q; ut ait M. Cato maxime inde pius questus stabiliissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus, cum contra mercaturæ sit periculosis & calamitosus. Cum igitur res rustica omni careat criminis, uitæq; quodammodo nostræ moderatrix ac magistra sit, & ad duranda conseruandaq; patrimonia plus ceteris ualeat, iure merito nemini uidetur esse negligenda. Quā qui susceperit illud in primis curabit quod Cato etiam p̄cepit, ut uincus bonus sit, familiam ne sinat peccare, sic cum libēter uicinitas uidebit, facilis sua uendet, operas facilius locabit, operarios facilius conductet, si ædificabit operis iumentisq; maxime adiuuabitur. Ita ut disciplina bona utatur, feriæ seruentur, alieno malo abstineat, sua seruet diligenter, litibus familia supersedeat, si quis quid deliquerit pro noxa bono modo uindicet, familiæ maius ne sit, ne algeat, ne esuriat, pro beneficio gratiæ referat, ut aliis recte facere libeat, rationem cum uillico crebro ponat, primus cubitu surgat, postremus cubitum eat, prius uillam uideat, clausa ut siet, & uti suo quisq; loco cùbet, & uti iumenta pabulum habeant, boues maxima diligentia curatos habeat, bubulcis obsequatur parum, quo libentius boues curent, aratra uome resq; faciat, uti bonos habeat, pecori & bobus diligenter substernatur, ungulæ curentur, scabiem pecori & iumentis caueat, opera omnia mature confiantur. Nam res sic est si unam sero feceris, omnia opera sero facies, hec que retulimus Catonis præcepta obseruabantur. Sed nec illud eiisdem contemnetur agrum pessime multari cuius dominus quid in eo faciendū sit non docet sed audit uillicū. Quare sapientē patrē familias oportet assiduitate ruris colēdo se præbere, ne quid eorum que agenda sunt ignoret. Nam præsentia dñi longe plus utilitatis confert q̄ quantauis uillici cura & diligentia, Necessariū igitur erit habere domum ubi nō magnifice sed pro loci ratione commode habitari possit. In quo etiam aduertēdū quod dicit Cato, ut prima adolescētia pater familias agrum conserere studeat, non aut cogitet, contrariaq; ædificare diu cogitet, sed ubiq; accesserit ad annos xxxvi. tunc edificet. Cœna aut̄ ita instruetur ut non splendidus nimis sit apparat<sup>2</sup>, nec neglectus etiam nimis, ne inde ambitio, hinc auaritia reprehendatur, ut quod Horatius de se dicit. Cœna breuis iuuat & prope riuum somnus in herba. Vestium quoq; erit ratio, ut non nitidior sit cultus, nec item sordidior, oritur enim magnus ex

# LIBER

his contemptus ubi negligentius curantur. Cum uero opera rustica cessabunt legendi consuetudo erit admodum commendanda, Nec plane est ullus com modior iucundiorque literatis que ruris locus, qui quoniā a tumultuatis perstre pentisque vulgi frequentia ineptissima ac stultissima conuersatione separatus sit, studia etiam ideo nimis reddit perseverantiora, ingenia quoque promptiora ac eleuatoria, quod non latuisse maiores nostros praeclare docet Cicero, qui multa rure egregia conscripsit. Flaccus autem que maxime uitam rusticā urbani semper preposuisse ex his quae scribit perspicue intelligere licet. Venādi etiam studium plurimū commendabitur, quod robustiores faciat homines & exercitatores, quod Lygurgus non sine ratione lacedæmoniis adolescentibus inter cetera legum suarū instituta præcepit, nosque id admodum probamus, si relaxandi anima causa suscipiatur, cui & plurimos antiquorum ac quidem grauissimos induluisse certum est, utpote M. Antoniū, Alexādrum Seuerum, Tacitum, Xenophontem etiam qui et de uenatione specialiter scripsit. Aucupia quoque non erunt improbabāda, sed ea quidem quae per plagas et rhetia excentur, nam quae per aues rapaces magnae sunt argumenta levitatis, nec grauibus ullis unquam uiris placuisse tradūtur. Maiore etiā fastidio & damno in curandis aledisque auibus que recreatione & lucro eos qui illis delectantur afficiunt, Piscationis autem usus & modestior est & plurimū etiam assert oblectationis, quem nec aspernati sunt complures magni uiri, sed pcpue Augustus ac M. Antonius, qui ob laxādum animum piscari scepis ha mo soliti feruntur. Denique saluator noster ut nihil commemoremus maius & piscationis instructos comites sibi delegisse, & illi non sine eius assensu frequentius ipsi ut pote honesto probatoque exercitio uacasse memorantur.

## ¶ Et locorum & temporum rationem esse obseruan

dam docet caput quartum.

Roderunt hęc admodum nobis si locorū obseruationes sed longe magis etiam si temporum simul rationem adhibuerimus, Nam fieri potest ut multa quae facta sunt honestissima ac laudissima propter neglectam conditionem temporū parum honesta parumque laude digna esse iudicetur, In quo pulchre illud dictum Arcesilai legimus, qui cum inter pocula a quodam rogaretur ut quodam' quod ei proposuerat speculatione summa indigens explicaret, abnuens respōdit id in primis philosophiae propriū esse cuiuscque rei tempus scire, Etenim (ut uerbi causa referamus) aliud uestimentorū genus postulat hibernatem, atque aliud aestiuua, quibus non obseruatis ridiculus fiat quisque ac despetus, quod plærisque germanorum contingit, qui sub maiore aestatis ardore utuntur uestibus pelliceis soleisque ligneis, Idem quoque dicendum est cum tempora sunt uel serena uel pluviosa, Nam diuersae eorum conditioni non eadem conueniunt indumenta, cuiusmodi pennulas quod genus uestimentis semper itineris aut pluvię causa in usu habebatur non licebit quenquam intra urbem induere, licet Alexāder seuerus senibus frigoris causa ac matronis in itinere

## SEXTVS

eis uti permiserit. Non item decet cum nimio uel imbre soluitur uel sole ardet terra recreandi animi causa extra domesticam domum deambulatum ire, quod alias est comedatissimum, a Pythagorac præcipitur laudatum, a Catone quoque pro more eius post cœnam semper factitatum, preter hæc dies & noctis magnum est habendū discrimen, ut quæ sub die fieri debent, non in noctem reiiciamus, et contra. Sed spectaculorum quā maxime nocturnorum mos non tam indecens quam suspectus est. Quare sapienter Augustus iuuenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnū spectaculum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorū. Detestandus contra uidetur Seuerus Lucius Antoninus qui id (quod interdiu plerique alii faciunt) baccharinō ēte solitus fertur per tabernas uinarias ac lupanaria, obiectus caput cucullo uulgari uiatoris, in quo etiam Augustinus dum de tempore barbarico loquitur grauiter reprehendit ciues Hippoñenses non tam honestatis quam & religionis causa, qui imagines idolorum per noctem ludentes (quod nocturnum uocabant) libentissime spectarent. Sumēdī quoque cibum prefixis communibusque horis consuetudo laudanda est, non ante lucem. Quod Galba tempore hiberno solebat, nec quocunq; indifferenter tempore, uti Augusto & Claudio Neroni mos suit. Nec quod cæsar cum Cleopatra traditur sepius fecisse erit conuiuū in sequentem usque lucem protrahendum. Dormiendi quoque idonea & propria debebunt esse tempora. Ne nox uigilię, dies somno impendatur. Ne ipsum etiam Claudiū Neronem imitemur, qui ante medium noctem plerūque uigilabat, ita ut in iure dicendo postea non nunquam obdormiceret, uixque ab aduocatis de industria uocem augētibus exactaretur. Non Vespasianum qui in principatu maturius semper ac noctu uigilare consueuerat, nō Caium Caligulam qui non plus q̄ tribus nocturnis horis quiescebat, reliquaque parte noctis tedium affectus nunc toro residens, nunc per longissimas porticus uagus inuocare repetens sepius atque expecta re lucē solitus erat. Denique & diebus ob honorem dei interdictis deferendum erit, ut quibus parciores uilioresque cibi sumi iubebūtur, ita ut iussum fuerit obseruetur, quod nō christiani modo sed & gentiles insuper factitatum, adeo ut Didūm iulianum romanum imperatorem legamus saepe etiam nulla existente religione oleribus leguminibusque contemptum sine carnibus cœnas se, quod non tam ciuile est & modestiæ conueniens quā bonæ etiam cōfert ualitudini. Nam ciborum abstinentia uim habet admirabilem in conseruanda incolumitate corporis, qđ agnoscens probe Vespasianus qui pro prima semper ualitudine usus fuit, inediā unius diei p singulos mēses interponebat Aurelianus uero cū egrotaret nullo aduocato medico seipsum inedia p̄cipue curabat. Quanto autem cultu gentiles etiā ipsi sacros ac nefastos dies ab omni prorsus opere cessantes custodierint satis notum satisque omnibus manifestū est, quos saltem nos qui christum sobrietatis continentiaeque instructorē colimus, ne religione eis inferiores esse uideamur imitari studebimus.

# LIBER

¶ Præcipuam ac singularem temporis curam habenda m  
quod summa cum diligentia literis tradi  
oportet caput quintum.

Ec sunt quæ adolescentibus obseruanda summo cū studio tra  
didimus, quibus quo pacto uerecundiam rite colere debeant, sa  
tis admonitos satisq; instructos esse arbitramur, q; si ea qua nos  
cura cuncta digessimus amplexi fuerint, non modica profecto  
compositis bene moribus eorū proposita spes est uberioris lau

dis cumulatorisq; successus. Verum qm temporis rationem habendam esse  
ultimo hoc loco tractabimus, illud etiam quod reliquum est sed nullo negli  
gendum modo cæteris præceptis adiungimus. Nam cum suis quæq; tem  
poribus distribuenda suscipiendaç; sint, at ipsius quam maxime temporis  
quod rapidi instar fluminis agitur specialis ac præcipua habenda est cura,  
ne per ignauiam et socordiam sinamus illud consumi turpiter atq; disperdi,  
ut ualida illi ac potenti manu frenum iniiciamus, impetum eius continentis  
uoracitatemq; reprimentes, quo nihil est magis lubricum, magis fugax, qd  
cum euolauit, reuocari, cum deperiit instaurari nullo unquam modo potest,  
q; sensim ac per momenta continue labente quasi satellite qdam utitur ad ra  
pienda omnia atq; consumenda, quicquid nanc; uel loquimur uel agimus  
sentientibus etiam nihil nobis statim ut in somnum quendam euanescit, ita  
tanquam blandus quidam & callidus insidiator neq; aduertentes neq; pre  
dulci qua irretimur eius decipula aduertere uolentes nulla molestia nullo  
strepitu nullo terrore celerrime nos conficit, festinatenim (ut poeta inquit)  
uelox flosculus angustè miserèq; breuissima uitæ portio, dum bibim⁹ dum  
serta ungēta puellas poscimus, obrepit non intellecta senectus. Atq; ita pau  
latim nostra quam tam anxi⁹ colimus uita priuamur, quæ quo magis auge  
ri uidetur, eo cōtra magis decrescit atq; minuitur. Nam pueritia ac reliquū  
omne ætatis quod præteritum nullo penitus sensu nostro percipimus, nihil  
iam nisi mors est, & ut multam eius partem memoria etiam teneam⁹, quod  
autem restat ne aliquid utiq; est, quia nondum ad id peruenimus, aut siquid  
dicendum est nihil dici poterit nisi dilatio aut transcursus quidam, quē mor  
tis expectamus, ipsum quoq; quod edimus & bibimus aut si quid eiusmodi  
sit quod delectet nihil esse manifestum est, intermoriente statim ipsa qua id  
uoluptate efficimus, sed nec hoc ipsum quod modo dictamus, quod modo  
loquimur aliquid est, cum dicto citius præterierit, effluitq; hoc item quo in  
terim spiramus tempus paulatimq; deperit. Hæc ergo quæ cū tempore una  
elabuntur occupat mors statim atq; intercipit, cui occurtere debebit qui sa  
niore mente altioreq; prædictus fuerit sapientia, quod nec difficile cuiquam  
erit qui uirtutem totis uiribus amplectens labori haud ulli pepercit, qui vi  
tia exhorres uoluptates uirtutum omnium eneruatrices extirpatricesq; pes  
fundederit. Sola quippe est quæ stabilis ac æterna perseverans temporis ue

## SEXTVS

locitatem superare edacitatemq; compescere uirtus pōt. Nam ubi bene consulendo beneq; agendo uita conteritur, non deperire ullo modo ea dicenda est, quē sanctissimos solidissimosq; bene gestarum rerum suarum fructus res linquit. Qui igitur praeclarū aliquid agit dum hoc ipsum quod praeclare sit præstat diutius crescit ac elucet magis, recte huic tempus famulari uidetur, quod pro arbitrio continet prohibetq; transfluere, ita illud totum sibi uendicat, qui se sibi bene operando utiq; uendicare cōperit. Est enim hoc inter uirtutem uitiumq; discrimen, q; illud cum blandum sit ac illecebrosum cum blanditiis subito suis illecebrisq; depereat, hæc uero cum dura & laboriosa firmitatem tamen habeat solidam ac sempiternam. Quare instandum est semper egregio alicui facinori, quod cum dierum horarumq; continue momenta pertranseant, consistat iugiter nobiscū atq; pernoctet, cuius dulci semper recordatione oblectemur, laude augeamur, ope adiuuemur, quod nullus eripere casus, nulla queat rerū mutatio, quod nullus domare ruentis temporis rursus nulla obscurare possit obliuio. Quam maxime autem literarū studia sunt toto animo excolenda, Nam cætera reputanti ea cuiq; quotidie inania uideri scribit Plinius, quorum strepitū inanem discursum & multos ineptos labores persuadens relinqui debere studiisq; uel ocio tradi, satius est (inquit) ut Attilius noster eruditissime simul & facecissime dixit ociosū esse quam nihil agere. Recte id nihil existimans quod cum molestia agitur, & cū actum fuerit elabitur. Excolenda iure merito igitur erunt toto animo literarum studia, quibus & singularis quædam ante omnia ac præpotens uis est ad propaganda conseruanda illustrandaq; humanæ uitæ beneficia. Nam quicquid iam retro omnibus seculis actum est literarū beneficio scimus atq; intelligimus, nihil est tam remotum uel locorum interuallis uel annorū curriculis quod non literæ significant, declarant ac tanquā præsentibus nobis agatur palam ostendant, neq; de artibus loquimur quibus ad salutem cum animæ tum corporis utimur, de his enim quē gesta sunt sermo tantum a nobis habetur, quæ uel poetarum uel historiarum præcipue diligentia posteritati reliquit, quorum elaboratio & studium tantum ualuit, ut multorū nomina pariter ac facta ita domestica ita usu trita habeamus ac si uita qua iam excesserunt nobiscum fruerentur. Nam græcorū & barbarorum q; pulchrū est tam multa & præclara nobis familiarissima facta esse. De Romanis nihil dicimus, quibus haud est quicquam in ore frequentius. Quis est eorum qui nunc uiuit aut ducum aut regum notior nobis ac nominatior q; Scipiones & Fabii; quam cæsar aut reliqui qui priscis temporibus cum summa laude claruerunt? Quid porro eorum nomen & gloriam ad nostra usq; hæc tempora perduxit? nisi eruditorum hominum illustria monumenta, quorū studio factum est, ut tantum quod exactum iam est temporis ante oculos nostros, dum quæ tunc gesta sunt legentes cernimus habeamus, tempus illud itaq; quod labore suo doctissimi ad nos scriptores transmiserunt totum no-

# LIBER

strum est, totum illud ipsorum causa consecuti sumus, totum lucri fecimus;  
Quam uero multæ regum & populorum res gestæ fuerunt, quæ quoniam  
scriptoribus a quibus illustrarentur caruerunt sepultæ sunt penitus, æter-  
nisq; in tenebris iacent, quorum tempus uere euanuisse uereq; de periisse pu-  
tandum est, plane ipsos quoq; qui tam multa erudite & eleganter literis mā-  
darunt, nonne manifestius euidentiusq; intueri licet? totum id temporis qd  
uiuentes transegerunt nobis tanquam sempiternæ uitæ monumētum qd-  
dam reliquisse. Nam si heroum quæ legimus ingentia facta admiramur nō  
certiore eorum fidem perhibere possumus, quam & a scriptore (cuius nō  
est contemnenda auctoritas) nos quoq; suscepimus, at scriptorum ipsorum  
ingenia dicendiq; eorum uim & supellec̄tilem non incerta mutuata ue aliu-  
de fide, sed præsentि ac certiore etiam quam si uiua secum uoce loqueremur  
agnoscimus, ipsiſq; prope (ut aīunt) manibus tangimus & palpamus, quo-  
ergo præsentiora sunt nobis eorum studia, eo & tempus quod illis uigilādis  
impenderunt præsentius etiam esse putabimus, atq; ita bisseros illos quibus  
eneida Virgilii edidit ad nos trāmissos nostrosq; annos esse moriturosq;  
nunquam dicemus, Nec minus Ciceronis ac cuiusuis docti uiri dies omnes  
atq; horas quibus assidue componendis operibus suis uacarunt existimabi-  
mus durare uiuereq; in illis nos, unde tam salubria uitæ documenta susce-  
pimus, hoc item quo & nos interea de tempore scribimus. quo de moribus  
præcepta tradimus minime tempus elabitur, sed manet stabile, manebitq; re-  
tinente illud quasi unco quodam elucubrationis nostræ. Suscipiant igit̄ ado-  
lescentes læto animo studia literarum, intendant eis ardentiſſime, que tanta  
omnibus quāta modo diximus pollicentur, quibus non modo iacturā tem-  
poris qua & nullam maiorem esse Zeno stoicus dixit euitabunt, sed quo in-  
super modo modeſte grauiter sancteque uiuere, patriam & parētes colere, de-  
um uenerari, uoluptates despicere, flagicia detestari debeat plene perfecteq;  
instructie uident, intelligentq; uerissimum esse quod Aristotelem ferūt ubi-  
cūq; moraretur solitum amicis ac discipulis iugiter dicere, ita scilicet animū  
disciplinis liberalibus lumen accipere, quemadmodum aspectum a cōinen-  
ti aere. Non insuper desidia turpisq; ocio torpebūt, nec instar beluarum uitā  
vacuam inanem nulliq; intentam bono operi ducent. Præterea iucunditatē  
summam ex eis delectationemq; percipient, tam pulchra est & amēna va-  
riorum casuum temporum gentiumq; ac rerum gestarum quæ in eis ha-  
betur cognitio, tam efficax ad bene sancteque uiuendum earum institutio, ex  
quibus ad consultandum grauiores atq; ad deliberandum prouidēdumq;  
res arduas prudentiores erunt, sed & magnam ab innumerabilibus (quibus  
humana uita plena est) molestiis leuationem recreationemq; inueniēt, dum  
aliis suauioribus studiis occupati recordatione earum liberabuntur. Præsi-  
diū etiam non modicum consequētur in aduersa quacunq; fortuna, quin  
& opibus omnibusq; fortunæ bonis adiuuabūt, propter singularem quā-

## SEXTVS

addunt ille possessoribus suis estimationem atq; dignitatem. Ornabuntur  
deniq; & ad quicquid dicturi facturi erunt exulti quam maxime gratiæ  
proinde omnibus reddentur. Nam ut fuit sententia Diogenis nō aliter disci-  
plinæ iuuenibus ac sapientia senioribus, solacium pauperibus, diuitiæ diuiti-  
bus ornamento cedere uidentur, Ita ergo agant adolescentes dum calet san-  
guis, dum florent anni, dum uiget ætas, consulant futuro tempori, præ-  
parent sibi honesta ocia, incumbant literis, colant studia, percipi-  
ant disciplinas, quæ & adolescentiam delectabunt, & sene-  
ctutem consolabuntur, & omnem deniq; ætatem læ-  
tam, iucundam, beatamq; efficient. Accingant se  
iterum monemus dulci literarum labori, ne  
temere labi tempus sinant, quod uni-  
cum in uita nostrum dicere pos-  
sumus, expendant id parce  
& castigate, ut quod

Theophrastus  
semper in  
ore  
habere so-  
lebat sumptum  
preciosissimum tem-  
pus esse, ipsi quoq; animo  
fixum perpetuo tenentes obseruent:

F  
I  
N  
I  
S

# ERRATA

IMPRESSO FRANCISCI PHILELPHI OPVSCVL

de liberis educandis nacti aliud exemplar paucula  
quædam sic emendauius.

Folio i. facie secunda. talem se literis tanq; per picturam effingens &c.

Fo. i facie ii. sancte demum institutionis fructu letabitur, ubi dictio fructu  
omissa est.

Folio ii. facie secunda linea xiiii. sic legas. Itaq; christianam auctam fidem  
nemo ambigit miraculorum ac sanctissime uitæ eorum testimonio qui a primo  
præceptore nostro Iesu ad eam disseminandam missi sunt, magisq; eam hoc  
pacto quam eloquentia aut eruditione ulla &c.

In eadem, nonaginta annorum ad uitam alienigenarum accessisse, & ipsi  
&c. ubi accessisse uerbum omissum est.

In eadem, quibus non tñ quā uniuersæ genti & memoriam mortis suæ  
exemplumq; uirtutis & fortitudinis reliquit.

Folio iii. facie. i. Quos proinde etiam Cato mere mortua glossaria. Hieronymus autem animal gloriæ appellarunt.

Folio iiij. facie. i. uersu. xiiii. ut templo illi deumq; uenerent, frequenter. Et  
sequitur, ut nihil illi uel loquantur uel agant quod non &c.

Ibidem, maiori subiacet periculo uas uanum inane fragile &c.

Ibidem, ut illud in primis attendant monemus.

Ibidem uersu ultimo, his pullam amitam congratulans &c.

Ibidem facie ii. uersu xiii. ut uberius assequantur præcidendi sunt eis cun-  
cti malarum &c.

Folio v. fa. i. qm̄ nescio maiorem illi esse potuisse, quæ & mariti &c.

Folio vi. Confitebitur etiam dehinc quisq; eos qui merecibus &c.

Ibidem, Conuenit abstinere se parentes cū ieuni debiliores aut alia causa

Ibidem. Non est contemendum etiam qd medicorū probat auctoritas.

Ibidem facie ii. uersu xi. ac dignius iter ut singulis diebus &c.

Ibidem. Proponant sibi exemplo quas modo &c.

Folio vii. facie. i. Nondum enatorum corporum sanguinem &c.

Ibidem facie secunda uersu primo, Cunctis animantibus ingenitum esse  
constat in filios amorem &c.


Ibidem uersu vi. Omnibus animantibus solet qui communi &c.

Ibidem. Non his certe repugnamus &c.

BSB  
PHI OPVSCV.  
mplar paucula  
mus.  
picturam effingent  
o lctabatur, ubi dicitur  
g christianam uide  
pru testimonio quod  
nulli sunt, magis q  
igenarum accidit  
& memoriam me  
e mortua glorificare  
uenerentur, neq  
non &c.  
ane fragile &  
stulans &c  
precedens dicitur  
que & natus  
in meritoria &  
debiliorez natus  
orū probat ut  
dibus &c.  
angustem &  
nibus iugis  
communi &c

**Tubingæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badensis**  
**Anno M.D.XIII. Mense Maio.**





15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1